

statutum prædictum Cottignola, quod admittit matrem ad legitimam in bonis filii, licet pupilli intestari defuncti, prout in casu nostro contingit, quam legitimam cum nõ petierit viuës, transmittit eius petitionem ad suos hæredes, vt concludit Salyc. in l. scimus. in prin. C. de inof. testa. & post eum las. sicut & in l. si arrogator. num. 18. ff. de adoptioni. post Bald. in l. 2. quaestione secunda. C. de liber. præter. sequitur Alexand. conf. 54. col. 3. vol. 2. Socin. conf. 92. vers. sic. Circa secundam, vol. 1. Boer. decif. 250. colum. 3. num. 4. & propterea competit dictis hæredibus iure transmissionis facultas petendi dictam legitimam matri debitam ex statuto prædicto, & cum prædictis etiam concordat Ruiu. conf. 26. nu. 12. vol. 3. † vbi præter aliquos ex allegatis adducit etiam Ioan. Andr. in addit. Specul. de feud. concludentem, quod quotiescunque ex legis dispositione aliquid est debitum, ita quod auferri non potest, quamuis illud non sit delatum transmittitur, hæc enim legitima debetur ex dispositione statuti, merito transmissioni locus esse debet, & ultra prædictos idẽ respondit Bal. conf. 432. duo erant fratres. volum. 3. Alex. conf. 150. ad fin. vol. 3. Ruiu. confilio 107. ad fi. volum. 3. Dec. conf. 320. num. 3. Fab. de Gioch. in authen. nouissima, num. 268. C. de inoff. testa. Crau. conf. 312. num. 5. Paris. conf. 9. num. 8. & conf. 45. nu. 8. vol. 2. † dicens, quod etiam ad hæredes extraneos transmittitur. Ceph. conf. 56. num. 21. vol. 1. & Menoch. conf. 77. num. 8. † Nec solum legitimam prædicti hæredes ex persona matris petere possunt, sed etiam fructus dictæ legitimæ à morte dicti pupilli decurtos: quia quando debetur legitima, fructus illius etiam bona fide consumpti debentur secundum Bal. in l. non est. C. famil. ercisc. Alex. conf. 69. vol. 1. Ruiu. conf. 56. nu. 2. vol. 2. & in d. conf. 26. col. fin. vol. 3. Socin. Iun. conf. 184. num. 13. vol. 2. Francif. Bursatus conf. 92. num. 17. idemque tradit Bal. conf. 221. super primo puncto, vol. 4. Corn. cõf. 265. ad fi. vol. 3. Capr. conf. 6. num. 8. & conf. 153. Ceph. conf. 56. num. 49. conf. 95. nu. 19. & conf. 109. num. 29. vol. 1. Menoch. in d. conf. 77. num. 13. † Et licet prædicti Doctores loquantur in legitima debita filio, secus autem videtur in debita matri, vel patri: quia in eam bene fructus imputantur, vt voluit Bal. in l. c. si pater, de testa. in 6. quem sequitur Alexan. in l. filius familias. ff. ad leg. Falcid. & in l. in fideicommissaria. ff. ad Trebel. vbi pariter Rip. Picus in l. in quartam, col. ff. ad leg. Falcid. Roderic. Suarez. in l. quoniam in prioribus. ampliat. 16. C. de inoff. testam. Roland. à Valle conf. 39. vol. 3. & Borgni. Caualeaneus in tract. de vusu. mulier. relicta. numero 18. declarando latius ut per eos. † Attamen secus esse puto in casu nostro, & idẽ quod in filio: quia dictum statutum Cottignola dicit, quod mater debeat habere legitimam ei debitam iure naturæ. Vnde cum redegerit

eam ad instar debitæ filio, quæ iure naturæ debetur, sequitur vt fructus in eam non imputentur, sicut nec in debita filio, iuxta not. per Bart. & ceteros in l. 1. in prin. ff. de leg. 1. **10** † Secundò confirmatur ex verbis sequentibus statuti, quod subiungit. Agnati verò masculi totum habeant superfluum. Hoc enim sine dubio intelligitur de plena proprietate, non autem de fructibus tantum, ergo debet idem intelligi, quod supra dixit de legitima matris: quia vna pars statuti declarat aliam. l. vtrū. vbi Bar. ff. de petir. hæredit. Dec. conf. 553. num. 8. **11** † Tertio corroboratur, nam subiicitur, quod statutum in omnibus suis partibus sit præcisum, vt tolli vel minui non possit in aliquo. Quibus verbis apparet, illud tenaciter esse seruandum & eius verbis inharendum: inanis enim est disputatio, vbi est statutum decisio. Corn. conf. 109. in fin. vol. 1. Ceph. conf. 138. num. 20. Roland. à Valle conf. 72. num. 5. vol. 3. At si mater legitimam in fructibus tantum consequeretur, statutum non esset præcisum, sed tolleretur, vel minueretur in aliquo: quia non consequeretur legitimam ei de iure naturæ debitam, vt supra dixit, quod demonstrat in plena proprietate eã sibi præstandam esse. **12** † Quarto cessant ex alio Bal. & alii dicentes fructus imputari in legitimam matri & patri: quoniam loquuntur, quãdo mater & pater eos perceperunt, at hæc mater eos non percepit, vt mater & pro se, sed vt tutrix & sic nomine filiorum, vt probari potest, merito non impeditur, ut sui hæredes legitimam cum fructibus consequi, ex quo neutrum percepit. Ex his ergo remanet intentio dictorum hæredum fundata de iure. **13** † Nec obstant contraria, nanque ad primum de tutore non petito dari per matrem filio infra annum facilis est responsio, stante veritate facti, quod ille filius post mortem patris decessit infra mensem, vel duos ad summum. Quare dici non potest matrem fuisse in mora petendi tutorem infra annum, si filius per totum annum non vixit, sed præmaturè nimis decessit, & ad hoc præ cæteris adduco Alex. conf. 185. col. fin. vol. 6. vbi propriè loquens de matre dicit, ad eius exclusionem à successione filii propter tutorem illi non petito aduersariis incumbere onus probandi, quod infra annum nõ petierit tutorem dari, & quod filii vixerint per annum post mortem patris, quibus non probatis excusari debet mater, vt per eum. Cum igitur pro comperto supponatur hic filium infra duos menses mortuum fuisse, sicque per annum non vixisse, dubium non est, matrem in aliqua mora non fuisse petendi infra annum tutorem, si pupillus, cui dandus esset, præuentus fuerat **14** morte, † & ad hoc præter Alex. adduco Castrẽsem in l. matres. C. ad Terul. vbi dicit, ad hoc vt poena quæ imponitur matri locum habeat, si tutorem non petiit, requiritur nedum quod filius decessat

decedat in ætate pupillari, sed etiam quod decessat post annum, infra quem mater tutorem petere debebat: si enim deccederet infra annum, mater non deberet puniri: quia adhuc non est in mora, cum detur sibi annus, & sic est præuenta mortalitate filii. Vnde non debet puniri, sicut si esset præuenta ab alio tutorem petente, **15** † & licet, vt subdit Castr. Bart. contrarium voverit, dicens, quod cum mater teneatur confestim petere, idest cum primum potuit, vtique si potuit & neglexit, statim est in mora, ideo si postea decessat filius, licet infra annum, debet **16** mater eius successione priuari. † Tamen Bald. tenet contrarium, quod mater non dicatur esse in mora, nisi post lapsum anni d. s. si. instit. eod. & eius opinio benignior est secundum Castr. nisi fortè fuisset in tanta negligentia infra annum, quod permisset bona pupilli dilapidari, tunc enim posset procedere opinio Bart. quod nequaquã de dicta matre dici potest, quæ aliis filiis tutorem petiit, & vtilia procurauit. Vnde **17** idem fecisset circa defunctum, si vixisset. † Et hanc opinionem pariter tenent Bal. Ang. Saly. Castr. & Corn. in l. sciant. C. de legit. hæred. ita quod sicut est humanior, ita quoque receptor est. Ad secundum verò de statu de præscriptioe quindecim annorum repugnante matri circa legitimam consequendam, postquam per annos quindecim, quibus filio superuixit, eam nõ **18** petiit, † dico, quod tale statutum locum non habet in actione reali, & sic in petente rem suã, vt voluit Fely. in c. fin. num. 6. de præscriptio. Roma. consil. 201. col. 1. & post eum Horatius **19** Mandos. in apostil. † dicens esse communem, quam tenet etiam Grat. respons. 41. nume. 7. volum. 1. & Balb. in tract. de præscript. in 3. parte, quest. 15. num. 10. † At legitima dicitur ad matrem pertinere iure domini mortuo filio, vt ponit Francif. Bursatus conf. 8. num. 9. ergo cessat in ea dictum statutum. **21** † Secundò respõdetur, dictum statutum excludens creditorem post annos quindecim, si debitor iurauerit soluisse, aut satisfecisse, vel hæres suus de credulitate, & sic volens solutionem probari per solum iuramentum, debet intelligi casu quo dubium est, an fuerit facta solutio, vel satisfactio, † satis enim inducit tali casu statutum, vt voluntarium iuramentum debitoris, quod nullam iure cõmuni faceret probationem. l. ait prætor. circa prin. ff. de iureiur. **23** plenam inducat probationem, † at vbi certum est aliã solutionem factam non fuisse, tunc ex tali iuramento non induci debet liberatio ex iuramento debitoris rationibus, quas in simili statuto deducit egregiè Roma. cõf. 102. col. 2. quem sequitur Fely. in d. c. fin. col. 5. vers. Dixit etiam Ludo. & in c. pastoralis. col. pen. vers. Et generaliter. de except. Bauer. in tract. de virtute iuramenti. sub num. 89. vers. Quid autem si statutum, Grat. respons. 41. col. fin. vol. 1. & respons. 101. eolum. fin. volum. 2. Horat. Mandos.

in apostil. Roma. in d. conf. 101. qui citat insuper Tiraq. de vtroque retract. tit. de retract. ligna. **24** §. 4. col. 1. vbi citat alios quàm plures † & cõmunem testatur. At in casu nostro certum est, dictam legitimam nõ fuisse solutam, nec de illa matrem fuisse satisfactam, dum vixit, eadem nanque bona superflua penes successores filii, quæ penes eum fuerant tempore mortis, merito statutum prædictum cessare debet, & locum non habere.

Eadem quoque responsiones deseruire possunt hæredibus matris de actione reali, & solutione apparenter non facta, † sed præter eas particulariter quod ad eos dico, tale statutum locum non habere in hæredibus quædam filii, qui verisimiliter ignorantia habuerunt facti defuncti, prout in casu nostro, nunquid petita fuerit soluta vel nõ legitima matri, ita Alex. cõf. 137. Lâcellotus, col. 3. vol. 2. quem sequitur Dominus meus Ruiu. conf. 588. colum. 1. & Rip. in **26** l. nemo potest, nu. 116. ff. de leg. 1. † Præterea cum tales hæredes matris à multis annis citra fuerint pupilli, & minores, sicut & præsentis sunt duo tales, præscriptio dicti statuti non currit aduersus eos, aut si currit eis in integrum restitutio sine dubio venit concedenda, prout concludit Bar. in l. fin. C. in quibus causis in integ. resti. vbi Bal. sequitur, & alii quos cumulat Dec. conf. 516. col. fin. & Paris. conf. 66. nu. 114. volum. 3. Quare concluditur petitioni dictæ legitimæ ac fructuum locum esse debere de iure.

Hippoly. Rimin. Ferrar.

Pro Magnifico D. Francisco & eius fratre de Morandis.

ARGUMENTVM.

De legitimatione nulla tãquam subreptitia & obreptitia, & an annullata institutione substitutis sit locus, vel venientibus ab intestato. Item nunquid substitutiones quæ de alternatiua resoluantur in coniunctam, & vna secundum qualitatem alterius sit intelligenda.

SVMMARIVM.

- 1 *Expressa in mandato videntur expressa in legitimatione ad illud se referent.*
- 2 *Secus autem quò ad casum in eo prætermisum.* 95.
- 3 *Quicquid continetur in termino ad quem fit relatio continetur in termino referente.*
- 4 *Casu quodam specialiter expresso subiecta clausula generali omnes alij veniunt sub ea.* 5.
- 5 *Similes tamen expresso & eiusdẽ nature.* 102. 103. *Et licet quidam dicant etiam maiores expressis includi.* 104.
- 6 *Tamen Felynus & auctor contra.* 105.
- 6 *Legitimatõ valet vbi legitimans cogitauit in genere*

nere de quolibet defectu licet ignorauerit eos, nec qualitas spurietatis fuerit expressa. Censetur enim eos omnes sustulisse. Quod procedit ubi nullus defectus fuit expressus, sed verbis generalibus tantum legitimans usus fuit. 109. Secus aliquo defectu expresso & verba generalia fuerunt subiecta. 110. Immo etiam nullo defectu expresso Ruinus tenet legitimacionem collabi. 111. Sicut & Baldus. 112.

7 Legitimus quem omni meliori modo quo fieri potest videtur eam voluisse legitimare licet natus ex clerico in sacris constituto. Sicut etiam si filij legitimi extarent. 8. F alit ubi dicta verba non respiciunt genituram legitimam, sed auctoritatem legitimantis. 118. Vel personam petentis, non enim debent attendi, sed quid Comes concefferit. 120.

9 Clausula omni meliori modo denotat, quod concedens aut disponens noluerit se restringere ad specificata.

11 Legitimacionem petenti sufficit exprimere qualitatem incestus in genere, nec est necesse venire ad speciem vel individua. Puta, quod quis sit natus ex clerico in sacris constituto. 12. Sed vera & communis conclusio est in conerarium. 121. 124. Immo qualitas spurietatis est exprimenda alias legitimatio non valet. 122. Et qualitas legitimati. 123. Et insuper patris, ut an sacris sit constitutus vel monachus. 125. Et salte quando vitiosus est atrox debet exprimi. 126. Et requiritur notabilis expressio, nec sufficit in genere. 127. Sicq; tenuit Bald. consulendo licet in lecturis secus. 128.

13 Legitimatio dicitur plena per quam omnis macula aboletur, et quis primæius natalibus restituitur. Surreptitia tamen non prodest. 137.

14 Legitimus quem in omnibus & per omnia secundum tenorem suorum privilegiorum, dicitur eam legitimasse licet natus ex clerico in sacris, cum talem potestatem haberet in suis privilegijs. Quod declaratur, ubi relatio commodè fieri potest absque preiudicio iuris alterius. 138. Et quando sic referendo non sequeretur absurdum nec contra iuris dispositionem, alioquin secus. 139.

15 Statutum, quod nullus possit esse Consul vel de Collegio nisi sit civis originarius locum habet in creatio in omnibus & per omnia ac si esset Civis originarius. Quia materia benigna est. 144. Et neminem ledit. 145.

16 Comes habens auctoritatem à Principe potest legitimare quoscumque spurios & eos primæna natura restituere. Etiam filios sacerdotis. 17.

18 Summus Pontifex legitimacionem & testamentum confirmare potest.

19 Publice interesse dispositione testatoris locū habere. Quod verum est secundarie, principaliter vero privatorum. 152.

20 Papa potest tollere ius quæsitum subditis suis. Si causa concernit publicam & universalem utilitatem principaliter. 146. 150. Exemplum de pradijs militibus assignatis pro premio. 147. Vel quando quis remuneratur propter servitia præstita Romano Imperio. 148. Vel in cogendis emptoribus reddere bona bannitis iuxta capitula pacis imita. 149.

21 Princeps moderari potest iurisdictionem suorum magistratuum. Licet inde ius terrij rollatur.

22 Princeps de plenitudine potestatis procedens denotat velle ius terrij quæsitum auferre.

23 Legitimatio sine licentia Principis nostri obrepta nulla est. 91.

24 Subdiaconus dicitur in sacris constitutus. Et Casse vivere debet. 25.

25 Filius subdiaconi dicitur pati plures defectus.

26 Clericus concubinaris dicitur committere crimen adulterij. Item & stupri. 28. Sed & sacrilegij. 29. Secus si mulier non erat concubina. 30. & de ratione. 31. Item incestus. 35. Que sententia communis est. 36. Et licet quidam senserint quod sit simplex fornicatio. 37. Alij vero distinxerint inter ius civile & canonicum. 38. Tamen auctor primam tenet opinionem, putans ab ea non esse recedendum in consulendo vel iudicando. 39.

27 Filij presbyterorum in aliquo patri non succedunt.

28 Stuprum dicitur illicita virginis defloratio. Per exempla que ponit auctor.

29 Clericis est prohibitum concubinam habere.

31 Copula frequentior cadit cū concubina in domo re-tenta, quam foris commorante.

32 Delictum maius ex consuetudine & frequentia reputatur. Et ob id ad mortem quis punitur, ubi remota frequentia non teneretur ea pœna. 33. Et pœna pecuniaria convertitur in capitalem. 34.

40 Clericus in minoribus solutam cognoscens dicitur simplex fornicator. Diaconus vero vel subdiaconus duplex. 41. Quia violant votum & coniugium spirituale.

42 Pauli Girlandi distinctio de clericis mulieribus se-commiscenibus damnatur. Idq; ratione pulchra per auctorem. 43. Concubinatus toleratur de iure civi. Secus de iure Canonico. 44.

45 Legitimatio facta de filio nato ex adulterio duplici nulla est, si non fuerit facta mentio, quod pater & mater essent coniugati. 47.

Funiculus

46 Funiculus duplex difficilior uno rumpitur.

48 Legitimatio surreptitia dicitur nulla. Puta non facta mentione prioris legitimacionis. 49. Vel quod extarent fratres patris. 55. 59.

50 Legitimatio nullareddatur expressa falsitate & tacita veritate.

51 Obreptio odiosior est et fortius vitiat quam surreptio

52 Legitimatio filij sacerdotis hoc non expresso nulla est & sine viribus. 53. Idem in asserente filium esse naturalem, cum esset spurius. 54.

55 Citatio agnatorum non requiritur in legitimacione facta vivente patre. Que opinio communiter tenetur. 56. Tamen de illis fieri debet mentio. 57. 59. Ratione quam subijcit auctor.

58 Legitimatio ad seuda non valet non expresso legitimanti quod extarent agnati.

60 Fratres plus iuris habent in bonis defuncti cæteris agnatis. Ut patet in querela de qua subijcitur.

61 Legitimus ut est agnatis succedat intelligitur ex testamento vel ab intestato nō ad eorū exclusionē. Sed Socinus Iuni. contra. 62. Quem damnat auctor. 63. 65.

63 Filij nullum ius habent in bonis patris eo vivente. Nec in legitima. 64.

65 Comes verisimiliter non legitimet filium spurium clericis tantibus agnatis, si scivisset eos extare.

66 Clerico ignominiosum est habere filium potius successorem quam fratres suos legitimos.

67 Legitimatio valet sine mentione legitimorum, quādo dictum fuit non obstante. S. pen. in auct. quibus mod. nat. eff. sui. Non tamen sufficit dicere nō obstantibus legibus, statutis constitutionibus &c. 68. Nec derogatio facta in privilegio censetur repetita in legitimacione per relationem ad illud. 69.

70 Clausula non obstantibus, referri debet ad petita in legitimacione non ad alia.

70 Gratia concessio secundum tenorem petitionis intelligitur.

71 Legitimacionem petens debet esse diligens in exprimendo impedimentum gratie.

72 Legitimatio corrumpit ex defectu causa, quam Comes non adhibuit ut debet. 73. Et ideo multe legitimaciones Comitum corrumpunt ex causa non adhibita. Licet enim in principe causa presumatur, in inferioribus tamen apparere debet causa, ex qua potestate vrantur. 74. Et est communis opinio. 75.

76 Comiti asserenti in legitimacione de causa cognitione non statur. 77. Nec sufficit causa, quod legitimatus sit misericordia dignus, quia non peccavit, & similes. 78. Nec quod sit dignus gratia si est infans. 79. 80. secus in maiore natu. 81.

79 Insans nec mereri nec demereri potest.

82 Legitimatio expressa causa, quia pater carebat filijs iusta videtur.

Et etiam si non fuerit expressa à Comite. 83. Sed contra tenet auctor post Cur. & alios. 84. Quia generalis non autem specialis. 85.

85 Agnacionis conservande ratio procedit in masculis legitimis & naturalibus non in legitimatis. Ea q; per fratres & nepotes conservatur absque legitimacione. 86.

87 Dicitio alijs, referri debet ad similia expressis non autem maioribus. Nec ad dissimilia.

88 Legitimatio Comitum facta de voluntate patris causam non requirit. Quia voluntas eius pro iusta causa reputat. r. Sed communis est in oppositum. 89. Immo causa debet exprimi specialis & que sit rationabilis. 90.

92 Potestas data legitimandi bastardos naturales & spurios non comprehendit alios legitimatum ratione pulchra.

93 Institutio facta de filio tanquam legitimo corrumpit existente nulla legitimacione.

94 Testari quis non potest de alienis.

95 Verba mandati quando non comprehendant conceptum & natum ex clerico in sacris constituto.

96 Alternatiue una pars declarat aliam. 101. Cuius exemplum datur. 97.

97 Clericus dicitur esse iunctus matrimonio spirituali cum ecclesia.

98 Copula & in eadem oratione posita repetit easdem qualitates.

99 Dispensatio odiosa est, legitimatio vero favorabilis. Et in prima fieri debet interpretatio stricta. 100.

100 Verbum uniuersale relatum ad verbum presentis vel preteriti temporis recipit limitationem.

106 Provisio de beneficio vacaturo comprehendit omnem provisionem etiam per modum electionis. Secus specificatis quibusdam modis & adiecta clausula generali provisionis

107 Testator mandans solui debita certis creditoribus talis civitatis & omnibus alijs, intelligitur de similibus, hoc est eiusdem civitatis.

107 Procurator constitutus in tali causa contra Titium & generaliter in omni alia, intelligitur contra Titium

108 Regalium quorundam facta concessione & omnium aliorum regalium, intelligitur de similibus nō autem de maioribus.

113 Intellectus l. qui iure militari ff. de testa. mil. 114. Et per Cagnolam. 115.

116 Spuriorum plura sunt genera.

116 Mandatum ponendi clausulas generale non sufficit, ubi specialis & deliberata voluntas requiritur.

117 Probatio dubia non releuat.

118 Illatio non fit de diuersis ad diuersa.

119 Clausula omni meliori modo, restricta ad unam personam non operatur quo ad aliam.

120 Verba procuratoris petentis non attenduntur sed concedentis.

129 Legitimatio facta de nato de adulterio non valet si adulterium erat duplicatum eo non expresso. Et est communis opinio. 130.

Hippol. Rimi. T. Secundus. Gg Verba

- 132 Verba conditionalia in petitione legitimacionis expressa licet ampla non sufficiunt. Nec ubi qualitates aggrauantes delictum persunctorie, & sub inuolucro verborum sūt expresse. 133. Exemplumq; datur casus presentis. 134. Et sūt sententia Rui. & Baldi 135.
- 136 Verba generalia non comprehendunt odiosos.
- 137 Legitimatio licet plena surreptitia non prodest.
- 140 Princeps in dubio non censetur voluisse tertio preiudicare.
- 141 Filios spurios admittere est contra iuris dispositionē.
- 142 Clausula in omnibus & per omnia, relativa non operatur quō ad ignorata.
- 143 Verba generalia Principis non comprehendunt ea in quibus solet se difficilem reddere.
- 145 Via benignior sequenda est, ubi nemo leditur.
- 151 Testamentum alicuius confirmare non dicitur factum ob bonum publicum principaliter.
- 151 Imperator non debet unum altare cooperire & alterum discoperire.
- 153 Papa sine causa non potest iuribus alteri questis preiudicare. Sed Angelus contra si facit de plenitudine potestatum. 154. Mentunturq; contrarium dicentes. Quem taxat Craueti. 155. Nec ut Angelus locutus est, sed ut homo mendax. Et sibi communis aduersatur opinio. 156. Et falsum est ac adulatorium illius dictum. 157. Nec sufficit quodlibet motiuum. Leue ut censuit Natta 158. Ut damnat auctor post Comanum clausula de plenitudine potestatis intelligitur de potestate bona & laudabili non de vituperabili vel tyrannica.
- 160 Princeps auferens rem alterius de potestate absoluta sine causa dicitur Tyrannus. Quia plenitudo potestatis non tribuit aliquid iniquū. Sed intelligi debet clauē discretionis ne err ante. ibi.
- 162 Princeps ubi vitur plenitudine potestatis in re iniusta non dicitur plenitudo potestatis, sed plenitudo potestatis. Et cessante publica utilitate facit iniuriam & violentiam, que res aduersatur naturam Principis qui ut proficit & tueatur non ut obsit & ledat creatus fuit. 163.
- 164 Plenitudo potestatis ad malum & iniuriam non extenditur.
- 165 Clausula de plenitudine potestatis non operatur, ubi tractatur de preiudicio notabili tertij.
- 166 Actus humani pendunt à voluntate & potestate gerentium. 167. Hisq; duobus sequitur actus perfectio. 168.
- 169 Princeps demū de plenitudine potestatis potest ius suum alicui auferre soluto ei precio rerū ablatarū. Ad quod Ioan. Andr. ponderatur. 170. Sicq; intelligitur text. in litem si verberatum S. 1. ff. de rei vind. 171. Proceditq; conclusio licet res ablata pereat Reipublice. 172. Et de condigna recōpensatione loquuntur Vasquius & alij. 173.

- Iuribusq; & ratione probatur conclusio. 174. 175. Et est opi. verissima & communiter recepta. 176. Licet quidā & prior eis Glossa contraxerit, dices nō seruari quōd precia restitui debeat domino. 177. Quibus legitimum respondet auctor 178. cum seq.
- 171 Intellectus. litem si verberatū S. 1. ff. de rei vind.
- 175 Publicum munus ad quos spectet.
- 178 Communi ab opi. non est recedendum.
- 178 Papa in beneficiis absolutam habet potestatem. Secus autem in bonis profanis. 180. Siue laicorum subditorum. Siue clericorum.
- 181 Glo. in l. si locus in si. ff. quem. ser. amitt. dicens à fisco non seruari quōd precium non reddatur. suppleri debet. & male. Vel procedit in eo casu in quo vicinus sperabat commodum alluionis. 185. Nec de consuetudine illius casus ad alium inferri potest. 186.
- 182 Consuetudo mala lex mortis appellatur.
- 183 Consuetudo fodendi metalla in solo priuati non soluto precio non valet.
- 186 Consuetudo stricti iuris est nec de re ad rem extenditur. Nec in genere sed eadem specie probari debet. 187.
- 188 Princeps preiudicare non potest de plenitudine potestatis non citatis in iure questis. Siue in causa criminali siue in civili grauis, ubi de iure questis tollendo tractatur. 189.
- 190 Ratio generalis ampliat dictum.
- 191 Citatio dicitur esse de iure diuino.
- 192 Papa sine causa non potest preiudicare non citatis de plenitudine potestatis. Et est communior & rationabilior. Opinio. ne plenitudo potestatis sit causa non leuis iniquitatis. Item verior est & debet preualere. 194. Contrariiq; procedit in casibus in quibus Papa potest sine causa preiudicare. 193.
- 195 Substitutio compendiosa dicitur facta sub conditione mortis. Et sub se continet vulgarem. 196.
- 197 Substitutio vulgaris continet caput impotentie. ne dum voluntatis. Et impotentia verificatur in casu incapacitatis.
- 198 Substitutus filio legitimo succedit ex vulgari sententia incapacitate. sed contra. 206. Filij ex defectu legitimacionis. Nisi substitutio fuerit restricta. 251.
- 199 Substitutio compendiosa facta quandoque institutus decesserit sine liberis, ad omnem casum vulgaris extenditur.
- 200 Intestatus quis dicitur quō ad bona, de quibus testari non potuit, fallit. 235.
- 201 Prouisio testatoris in unum casum porrigitur ad alium, in quo testator verisimiliter disposuisset si fuisset interrogatus. Quod procedit quando quid fuit expressum, ex quo voluntas illa deprehenditur. 255.
- 202 Filij postis in conditione censetur reseruatū ius legitimarum hereditatum.

Sub-

- 203 Substitutis locus esse videtur, stante pia causa. Si res est dubia. 256.
- 204 Summa ratio est que pro religione facit in dubio. secus aliter appareat. 256.
- 205 Substitutis primis substituis tolluntur sequentes, velut ab eis dependentes.
- 206 Institutio pro non scripta pertinet hereditas ad venientes ab intestato.
- 207 Pater non instituit filium, si sciuit legitimacionem non valere. Et quo remedio uti debeat eum instituendo. 208.
- 209 Filio instituto tanquam adoptino corrui adoptio, si institutio non valuit.
- 210 Institutio heredis vitriatur ex falsa causa.
- 211 Substitutus filio si decesserit sine filijs, non admittitur filio alia ratione excluso.
- 212 Substitutio in casu de quo agitur nō loqui dici potest. Siue de directa, siue de fideicommissaria substitutio. ne tractetur. 213.
- 214 Testatorem non sufficit, aliquid velle seu cogitare, nisi id aliquo modo disposuerit.
- 215 Substitutio vulgaris in unum casum concepta ad alium extenditur, nisi adiectis verbis tunc & eo casu. 216. 228. Que sunt taxatiue. 217. Nec dispositio verificatur nisi conditionibus impletis in forma specifica. 220. Nec de Ruino. Et Alciato solis contrarijs est curandum. 218. Tantoq; magis sibi contrarijs. 219.
- 221 Substitutio facta duobus si ambo moriantur sine liberis, tunc & eo casu, extremum diem utriusque spectandum esse.
- 222 Substitutio facta sub vno tempore, non extenditur ad aliud.
- 223 Condicio restricta ad tempus, non potest extra tempus purificari.
- 224 Substitutio fideicommissaria per aditionē inducitur.
- 225 Extensio quandoque de casu ad casum conceditur. De tempore ad tempus nequaquam. 226.
- 227 A forma non est licitum recedere.
- 229 Ablatini absoluti resoluuntur in conditionē. 230.
- 231 Condiciones due licet alternatiue postea resoluuntur in conuictam, exemplum. 233.
- 233 Condicio si filius decesserit sine filijs censetur apposta fauore filiorum suorum, ut ipsi bona consequantur si contingat existere.
- 234 Substitutio deficit defecta conditione illi adiecta.
- 236 Condicio apposta in vna substitutione non est in alia repetenda. Fallit ubi procedit, ut in prima substitutione postea. 237. 245. Secundo quando sequeretur absurdum. 238. Tertio ex identitate rationis. 240.
- 237 Precedentia magis influunt sequentibus, quam e contra.
- 239 Repetitio non fit, quando sequeretur absurdum.
- 241 Substitutio filio si decesserit non facta testamento dicitur facta, quia pater noluit ei tollere libertatem testandi.
- 242 Testator non presumitur extraneos suis agnatis preadlexisse.

- 243 Aequati in minori censentur & in maiori.
- 244 Pars vna testamenti declaratur per aliam.
- 246 Testator si de filijs masculis dixerit in vna parte testamenti in alia de filijs simpliciter, qualitas masculinitatis non est in ea repetenda. Alij vero contra. 247. Varietq; distinguitur. 248. Sicut & auctor, an eadem ratio militet vel diuersa. 249.
- 250 Filio spurio instituto bona remanent penes alios scriptos heredes, vel deferuntur ad venientes ab intestato.
- 252 Conditionis natura respicit merum factum.
- 253 Intestatus quis dicitur quō ad quid, qui potuit de illo testari, & non sicut testatus, sed inualidē. Secus si fuit testatus, sed inualidē.
- 254 Pater si filium quem instituit incapacem credidisset, perimit hereditas ad venientes ab intestato non autem ad substitutos.
- 256 Ecclesia cultrix iustitie non patitur contra se quid inhonestum. Nec cum aliena iactura debet ditari. 257.

CONSILIVM CXCIX.
Auxilium meum à Domino.

DOMINVS Zacharias Morandus civis, & mercator Ferrarie dū vixeret instituit Ioannē Baptistam filium suum legitimum cum facultate se rursus legitimari facienda, & quandoque decesseret sine filijs, aut non condito testamento substituit alios quosdam. Quare de duobus dubitari contingit. Primo, cum in legitimacione non fuerit expressum Ioannem Baptistam fuisse natum ex dicto Zacharia clerico in sacris constituto, sed ex soluto & soluta, legitimatio fuerit nulla, Ioannesq; Baptistamanserit incapax hereditatis paterna. Secundo postea, quod sic, an ed eam substituti, vel potius D. Franciscus & eius frater de Morandis venientes ab intestato sint admittendi, consuluit in hac specie subtiliter Excellentissimus D. Ioannes Cephalus Cocinis & frater meus honorandus, quare sequendo illius ordinem dicam, quae mihi succurrunt.

VIDEBATVR igitur ex multis legitimacionē valere. Primò nāque Comes Palatinus in legitimacione mentionē fecit de mandato Zachariae facti procuratori ad petendam legitimacionem, & de illius petitione. Unde expressa in mandato & petitione videntur expressa in legitimacione ad illud & ad eam se referente cum omnibus qualitatibus suis, ut not. Bar. in l. 1. ff. de recepta in l. 1. ff. si fam. furt. fecit. dic. & in l. si quis seruum. S. si. verf. Sed quare ff. de leg. 2. Dec. conf. 128. colum. 2. conf. 102. nume. 4. confil. 434. nu. 5. & confilio 539. numero 19. Bero. confilio 93. nume. 53. volum. 2. & confil. 20. nume. 9. vol. 3. Natta confilio 204. nume. 12. † & probatur in Gg 2. l. asse

1. affe toto. ff. de hære. instit. nam ibi dicitur, valere institutionem factam in testamento de nominato in codicillis: quia videtur in testamento facta propter relationem eorum ibi. Confirmaturque ex not. per Bal. conf. 338. eaque veniunt vol. 2. tibi dicit, vulgarem esse doctrinam quod quicquid continetur in termino, ad quem fit relatio, continetur in termino referente saltem implicite. At madatum factum fuit ad petendum Ioannem Baptistam legitimari, non obstante, quod sit conceptus & natus ex patre & matre solutis, & ex quocumque illicito coitu procreatus, & in petitione petitum fuit illum legitimari, sic ut supra seu aliis genitum, hoc est ex solutis, aut alio modo, puta ex constituto in facris, & ex dictis enim verbis cum primo fuerit expressus vnus casus specialis, videlicet quod natus fuerit ex solutis, deinde fuerit subiecta clausula generalis, quod ex quocumque illicito coitu procreatus fuerit, vel aliis genitus, omnes alii casus veniunt sub ea, sicque casus præsens, quod ex clerico in sacris fuerit natus; tñ quoties exprimitur casus specialis, & subsequitur clausula generalis, sub ea veniunt omnia, & habet vim casus expressi, & est perinde ac si esset facta expressa mentio, siue eorum nominatio. c. qui ad agendum. §. primo de procuratori. in sexto Ioan. And. & Doc. in c. consuluit 2. de appellat. & in legitimatione tradit Dec. c. 6. §. 76. & post eum Gozad. conf. 6. nume. 53. pulchrius que Ruin. consilio 73. num. 12. versu. Tertius est. vol. 3.

6. ¶ Secundo confirmatur, nam vbi apparet ex verbis generalibus, quod legitimans cogitavit in genere de quolibet defectu; vt quia dicatur qualitercunque, & ex quocumque illicito coitu sit natus, vt in casu nostro, tunc legitimitio valet, licet aliqua qualitas spurietatis non fuerit expressa, & legitimans ignorauerit, quales essent defectus: censetur enim eos omnes sustulisse, ex quo fuit eius propositi eos tollere, si sciisset, ita Castren. pulchrè conf. 221. super puncto isto secundo dubio in antiq. aliis conf. 30. vol. 1. in nouis. per l. qui iure militari. ff. de testam. milit. & l. sub prætextu specierum. C. de transactio. quem sequitur Soc. conf. 73. nu. 9. uolum. 3. Marfil. sing. 492. Gozad. conf. 25. nu. 14. conf. 85. nu. 33. Rui. egregie conf. 68. nu. 4. & conf. 80. nume. secundo, volum. 3. Bero. consil. 172. nu. 18. volum. 2.

7. ¶ Tertio comprobatur, nam Comes in legitimatione narrat, quod Zacharias cupit Ioannem Baptistam sic vt supra, seu aliis genitum, eodemque meliori modo quo fieri potest legitimari, quibus ex verbis & ex qua clausula satis enixè constat de uoluntate legitimantis Comitum legitimare Ioannem Baptistam, licet genitum ex clerico in sacris constituto, prout in simili casu legitimationis arguit Alexan. consilio 188. columna tertia, volumine quinto, quem sequitur Ruin. in allegato consilio 68.

8. numero quarto, volumine tertio, & dicitur, per talem clausulam Comitum Palatinum voluisse legitimare, licet extarent filii legitimi, hocque præter eos optimè confirmatur; vis enim naturaque dictæ clausulæ omni meliori modo, est quod per eam apparet de mente disponentis fuisse, se noluisse ad specificata restringere, vt voluit Bal. in l. vinum. colum. 6. ff. si certum petatur & consilio 489. in causa vertere inter capitulum. colum. 1. volum. 3. Alex. conf. 113. volu. 3. Soc. conf. 142. colum. antepen. vol. 1. Crau. conf. fin. nu. 15. & Ruin. consilio 9. nume. 9. uolum. 5. Natta conf. 120. nu. 27. Tobias Nonius consilio quinto, nume. 6. & conf. 19. nu. 12.

10. ¶ Quarto subiungit idem Comes, Zachariam desiderare omnem & quamcumque ipsius Ioannis Baptistæ conceptionis, & genituræ, rubiginem, maculamque & defectum vndequeque prouenientem, etiam si maior expresso, ac aliis qualiscumque fuerit, deleri, cassari & aboleri. Quibus uerbis perinde fit, ac si expressè & specialiter fuisset facta mentio de rubigine, macula, siue defectu Ioannis Baptistæ nati ex clerico in sacris ¶ Nam vt inquit Bal. in c. super literis. nume. 7. de rescript. & in l. si qua illustris. colum. secunda, versiculo item nota. C. ad officia. sicut & in c. 1. §. naturales. & post eum Aflic. secundo notab. si de feud. fuer. controuer. sufficit in genere exprimere qualitatem incestus, nec esse necesse venire ad speciem, seu ad inuidua, puta dicere, quod natus fuerit ex monacha, vel clerico, sequitur Iaf. conf. 11. colum. secunda, volumine tertio, citans alios, & Villalobos in suis comunibus opinionibus. ver. legitimitio. nu. 91. & in terminis Berous consil. 168. columna secunda, & consilio 172. nu. 17.

12. volum. 2. ¶ concludens in casu suo non fuisse necesse exprimere, quod Ioannes natus fuerit ex clerico constituto in sacris, ex quo in impetratione legitimationis fuerat dictum, eum legitimari nedum attentis defectibus prædictis, quibus esset inuolutus, sed etiam si maiores defectus natalium pateretur, qualis est casus noster ad vnguem.

13. ¶ Quinto Comes eum legitimauit, & ad iuraprimeuæ naturæ, & quoslibet legitimos actus restituit, & reintegravit in omnibus & per omnia, iuxta tenorem priuilegiorum sibi Apostolica, & Imperiali auctoritate concessorum, quatenus enim reduxit Ioannem Baptistam ad natalium iura primeuæ sic maculam tollendo, dicitur fuisse plena legitimitio, Dec. consilio 258. colum. penultima, versiculo. Vltimo non obstat, Rui. conf. 75. nume. 13. & conf. 86. nume. 6. volum. 3. Paris. conf. 7. nume. 17. vol. 2. Gozad. conf. 6. nume. 62. conf. 29. colum. antepen. volum. 2. cum similibus per Rolan. à Valle consilio 96. numero 23. volum. 3. Bero. consil. 174. nume. 12. vol. secundo, Soc. Iun. conf. 93. 14 nu. 40. volu. 3. ¶ Et in quantum legitimauit eum in

in omnibus & per omnia secundum tenorem priuilegiorum suorum, dicitur cum legitimasse, licet spurium & natum ex clerico in sacris constituto, cum talem potestatem in priuilegiis suis haberet, per ea quæ notat Bal. in l. omnes populi. col. pen. ff. de iust. & iure. vbi ponit questionem statuti, quod nullus possit esse Consul ciuitatis, vel de collegio doctorum, nisi sit ciuis originarius, si quidem quis creatur ciuis per hæc uerba, quod in omnibus & per omnia habeatur, ac si esset Ciuis originarius, vique virtute dictorum verborum in omnibus & per omnia, poterit esse Consul, vel de collegio, sequitur Crot. nu. 147. & Caccialup. nu. 236. versiculo Præmissis, Roma. & Iaf. in l. si is qui pro emptore. numero 304. & Alciar. nume. 36. ff. de vscapio. Alexan. conf. 168. nume. 3. volum. 6. Rip. in l. 1. ff. de lega. primo, num. quarto. Niger nume. 8. Roland. à Valle consilio 60. nume. 19. vol. primo. Crot. conf. 60. nume. 6. & conf. 103. nume. 14. Paris. conf. 71. num. 7. volum. 1. ¶ Nec dubium est, Principem, suumque Comitum Palatinum, qui habet auctoritatem ab eo, posse quoscumque spurios legitimare, & ad primeuæ iura naturæ restituere, vt copiosè declarat Soc. Iun. conf. 93. nu. 50. versu. Et primo vera responsio. vol. 3. & post eum Rolan. à Valle consil. 96. nu. 28. ¶ etiam filios sacerdotis, cum non impediatur sacerdos de iure diuino matrimonium contrahere, sed canonico tantum, vt tradit Hostiens. in tit. qui filii sunt legitimi. §. si. verum. sed nunquid, Alexan. consilio 2. numero 22. volum. primo, & plenè Senatus Pedemonta. decif. 119. nu. 16. Quare valida remanere videtur omnino præsens legitimitio facta de dicto Ioanne Baptista.

18. ¶ Sexto tanto magis hoc dicendum videtur, quod postea defunctus Zacharia & Ioanne Baptistam Summus Pontifex dictam legitimationem, testamentumque Ioannis Baptistæ confirmauit dato quod in ea narratum non fuerit, Zachariam fuisse in sacris constitutum tempore conceptionis dicti Ioannis Baptistæ tollendo ius quæsitum re vel spe suis agnatis & motus, vt pia Ioannis Baptistæ dispositio sortiatur effectum, quod publicè interest. l. vel negare. ff. quemad. test. aperit.

20. ¶ Potuit enim Papa ea de causa tollere ius illius quæsitum sibi subditis, vt ciuibus Ferræ que recognoscit ecclesiam Romanam. Card. consil. 2. Glo. in auth. vt eccles. Roma. in si. Fulg. in l. quid sit fugitiuus. §. idè Celsus. ff. de edil. edic. sicque determinat Castr. conf. 283. volum. 1. in nou. Fely. in c. quæ in ecclesiarum, col. 13. de

21. consil. & ibi Dec. num. 27. ¶ tantoque magis quod Papa mandauit per quoscumque iudices iudicari subla eis facultate aliter iudicandi, potuit enim moderari iurisdictionem magistratum, licet inde ius tertii aufereretur, vt per Card. Florent. & Imol. in c. quia diligentia. de elect. Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 29. ff. de liber. & posthum. Soc. conf. 17. volu. 2.

22. Paris. conf. 1. nu. 38. vol. 1. ¶ Et cum prædicta fecerint auctoritate Apostolica, & sic de plenitudine potestatis, datur intelligi, quod voluit auferre ius tertio quæsitum, vt per But. & Imol. in d. c. quæ in ecclesiarum. Alex. conf. 216. volum. 2. Natta conf. 340. nu. 9. Et hæc non mediocriter deseruiunt ad sustinendum legitimationem prædictam dicti Ioannis Baptistæ, testamentumque suum & paternum.

¶ Quibus tamen non obstantibus contrarium & probabilius esse diiudico. ¶ Et in primis agendum non puto, nec opus esse verba facere de prima legitimatione Ioan. Baptistæ relicta in testamento Zachariæ, vt dicitur facta per Cardinalem Paciecum de anno 1553. 21. Iunii: quia emanauit sine licentia Principis nostri, vt colligitur ex præcibus dicti Zachariæ cum rescripto licentiæ sibi datæ 7. Martii 1555. sic. n. patet, quod præcesserat illa legitimitio, rescriptumque fuit impetratum pro secunda obtinenda à Comite Antonio Maria Campegio, de qua loquimur non de prima nulla vigore proclamationis Ducalis, annullantis legitimationes impetratas sine licentia suæ Excellentie, & pro hac conclusione, quæ prosternet dictam legitimationem Campegi confidero, ¶ quod D. Zacharias tempore quo genuit Ioannem Baptistam, & ante per plures annos ad ordinem subdiaconatus promotus fuit per Episcopum Bergomensensem, vt per eius literas patentes apparet, & per consequens dicebatur in sacris ordinibus constitutus vt est tex. in c. à multis. de ara. & qual. ver. Verum, vbi dicit Sum. Pontif. eum hodie subdiaconatus inter sacros ordines cõputetur, sicut Vrbanus Papa Secundus his verbis expressit, eru befcant impij, & intelligat iudicio spiritus sancti eos qui in sacris ordinibus presbiteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt positi (si castè non vixerint) excludendos ab omni eorumdè graduum dignitate, ¶ Imò nedum colligitur ex eor. quod subdiaconus sit in sacris ordinibus, sed etiã quod castè viuere debeat, vt etiam reperit inferius ille tex. ibi, & ad similitudinem diaconi & presbiteri subdiaconus debet continentiam obseruare. Vnde cum Zacharias esset clericus in sacris constitutus, & Ioannem Baptistam procreauerit, talis filius dicitur fuisse passus plures defectus, quos sigillatim Bermond. in tit. de public. concubin. in prin. nu. 23.

26. ¶ Nā primo clericus concubinarius dicitur committere crimè adulterii ea rone: quia presbiteri in assumptione sacrorum ordinum dispensantur spiritualiter accipientes in sponsam sanctam & immaculatam ecclesiam, cui promittunt & iurant fidem implicite continentiam seruare, aliter non essent ordinandi. §. sancimus. in authentico de monach. Igitur si maritus carnalis fecerit fidem sponse mulierem carnaliter cognoscendo incurrit crimè adulterii, multo magis qui fidem coniugi spirituali, hoc est Christo, & ecclesie, quam promissit, uiolare presumpserit,

27 † de hoc est insuper gl. quā sequuntur Abb. & alii in cap. per venerabilem, ver. adulterinis. qui fil. sint legi. & doctrina Abb. in c. innotuit. colum. fina. de electio. qui dicunt, quod filii presbiterorum in aliquo patri non succedunt, quia propriè sunt spurii adulterini, hoc est ex adulterio nati; quoniam presbiteri dicuntur cum ecclesia matrimonium contraxisse. c. quāto. c. cum in cunctis. de translat. episc. Vnde rem carnalem habendo etiam cum soluta dicitur non simplicem fornicationem, sed adulterium committere, & cum prædictis etiam latè concordat Bero. consil. 163. nu. 15. vol. 2. Soc. Iun. consil. 44. nume. 19. vol. quarto, & Lauren. Kirchof. consil. 25. numero 15. primo Tomo di uersorum Germania.

28 † Secundò, tales cognoscentes mulierè dicuntur incidere in crimen stupri, quod probat Bermond. nam stuprum propriè dicitur illicita virginis defloratio. c. lex illa. 36. q. 1. ut si corruptus virginitatem corrumpat, vel quis cum corrupta virginitatem suam corrumpat. vel uterq; virginitatem corruerit. Vnde quia corrupti per assumptionem ordinis clericalis ad uirginitatem reintegrari videntur, sequitur ut postea fornicationibus, & amplexibus ueneris corpus cum polluendo dicuntur stuprum committere, & ob id filii ex eis nati dicuntur ex suo pro geniti.

29 † Tertio quoq; dicuntur sacrilegi. c. de his, & ibi Archid. 28. distin. saltè quando nati sunt ex concubina in domo retenta, prout fuit in præsentis casu; quia nati dicuntur ex coitu reprobo atque damnabili, cum habere concubinam clericis sit à iure prohibitum, toto titulo de cohabit. cleric. & mul. † Sicque concludit Bero. in allegato consil. 163. nume. 18. volumi. 2. Cessatque quod in contrarium ponit Bermond. loco citato in c. de sacrilegio. col. 1. ubi tenet, non esse sacrilegium, si clericus cum soluta rem habuerit, sed esse simplicem fornicationem, nam potest intelligi, quando mulier non erat concubina, † ratioque differentia este potest, licet in specie dictum non inueniatur, quoniam copula frequentior cadit cum concubina in domo retenta propter commoditatem & cohabitationem continuam, quam cum alia muliere foris manente. ad quam non ita facilis aditus patet, ut experientia docet rerū magistra, † meritò maius & grauius delictum reputatur clerici cum concubina propter consuetudinem & frequentiam illius, iuxta not. per Bar. & Ioannem de Platea in l. omnes. C. de delat. lib. 10. ubi hi qui deferre non cessant, & sic consueti sunt calumniosas accusationes proponere, grauius puniuntur, ad quod aliàs non tenerentur remota illa consuetudine, † idemque probatur in l. 1. C. de superexacto. lib. 10. & ibi notat Bartol. Ioannes Platea & Pucas de Penna, ac Alexan. ubi propter consuetudinem delinquendi quis ad mortem punitur, ad quā

34 aliàs non teneretur. † Vnde Alex. ibi dicit, nota istum tex. præsupposito quod de crimine veniret pecuniaria pœna imponenda. Nā si fit inquisitio contra hominem talia facere consuetum, debet capitaliter puniri, ex quo multa crimina & pluribus vicibus committit, licet ex eis particulariter consideratis veniret pœna pecuniaria dūtaxat imponenda, sequitur latius Grā. decis. 16. nu. 5. & voto 17. col. 2. Iacob. de Beluif. consil. 3. nu. 12. vol. 2. crimi. & ego posui in l. 1. si. quod quique iur. nu. 209. & in l. si unus. §. pœnus ne peteret. nu. 335. ff. de pact. quibus nūc addo, quod scribit Quintilianus & refert Connan. in commentar. iuris ciuil. lib. 1. cap. 10. col. pen. dicens q; si quid vnquam contra leges factum est, idque tu es imitatus, non iecirco te conuenit pœna liberari, quin è contrario damnari multo magis. si enim aliorum consuetudo non releuat in peccato sed magis grauat, multo magis propria. quod subdit Connanus, dicens nec eluit peccatum consuetudo peccandi, sed adauget, tantoque grauius redditur, quāto ad plures exemplo suo peruenit. Et quāquam non ignorem primum dictum Quintilianiani penes nostros esse dubitale, passimq; reiectum ex multis congeitis per Tiraq. in tract. de pœnis. causa. 42. scio tamen secundum Connani verissimum fore, prout adfirmat ibidem Tiraq. n. 14. quia consuetudo peccantis veniale peccatum facit mortale §. criminis. 25. distin.

35 † Quartò non omitto dici posse, q; tales clerici mulieribus se commiscendo dicuntur incestu committere, sicq; filii sui dicuntur incestuosi, qui post sacros ordines susceptos nati sunt ex eis & muliere soluta, ita voluerunt Glo. Bar. & Bal. in l. 2. C. de epif. & cleri. Bar. in l. si quis incestu. C. de incest. nup. Alex. in appostil. ad Bar. 36to. in l. si. ff. de his quib. vt indig. las. cōf. 1. 1. col. 2. vol. 3. Rol. à Val. cōf. 61. nu. 46. vol. 1. † magis cōem testatur Bero. consil. 163. nu. 17. vol. 2.

37 Lauren. Kirchof. in allegato cōf. 25. nu. 13. † Et licet quidā cōtra senserint, tenentes q; sit simplex fornicatio, vt Abb. & Imol. in c. at si cleric. §. de adulteris. de iudi. & in c. veniens. de eo qui cogno. sicut & Bermòd. in c. de incestu. sub nu. 27. per tex. in c. quia circa. de bigam. ibi, tāquā simplici fornicatione notatis, & in c. presbiter. 28. distin. ibi, q; si fornicatus fuerit vel adulteriū commiserit. † Quidā verò distinxerūt, q; in terris Imperii & sic de iure ciuili procedat opinio prima, in terris autē ecclesiæ, & sic de iure canonico secunda, quæ fuit distinctio Pauli Girlandi in trac. de pœn. omnifaria coitus in fine.

39 † Attamen à prima opinione velut magis communi temerè recedendum non puto in consuetudo, vel iudicando. iuxta not. in c. 1. de constitut. lib. 6. l. 2. C. de pœn. iud. † Nec iura in contrarium citata me mouent; procedunt enim in clerico in minoribus constituto, is. n. bene dicitur simplex fornicator, si cum soluta rem habet, at secus in diacono, vel subdiacono, qui dicitur

dicitur esse duplex fornicator, vt Hosti. Abb. & alii tradunt in d. c. quia circa, quia violant votum & coniugium spirituale, igitur in eis non excluditur, quin notentur crimine incestus, & aliis supra memoratis.

42 † Nec etiam mihi placet distinctio Girlandi: quoniam secundum eam sequeretur, q; coltus extra vinculum matrimonii minus diceretur damnari de iure canonico, quàm ciuili, si filii nati ex clerico in sacris non dicerentur incestuosi de iure canonico, & in terris Ecclesiæ, de iure verò ciuili, & in terris Imperii sic. † At hoc esset absurdum dicere, cum videamus concubinatum permixtum esse, siue tolerari de iure ciuili, vt tenet Castrens. in l. si qua illustri. C. ad Ofrician. & probat Bermond. in dicto tractatu de public. concubin. car. mihi. 393. licet Abb. contra sentiat in c. cum venissent. in fine

44 de institu. † secus autem de iure canonico, vt idem Bermond. latè tenet. Ex his igitur ita sigillarim relatis, quod Ioannes Baptista natus fuerit ex Zacharia tunc in sacris constituto & sic ex adulterio, stupro, sacrilegio, duplici fornicatione & incestu, sicque plures, & plures defectus pateretur, † sequitur doctrina valde notabilis Oldradi consilio 247. factum tale est, columna secunda, dicens, legitimationem factam de filio nato ex adulterio duplici velut ex pressum patrem uxorem habere, matremq; virum, quamuis expressum fuerit filium fuisse natum ex adulterio, & dānato coitu, mouetur ratione: quia non fuit facta mentio in impetratione legitimationis de duplicitate impedimenti, quæ si facta fuisset, non sic facile fuisset concessa: † quoniam funiculus duplex difficiliter rumpitur, quàm simplex, iuribus de quibus per eum, quæ sequitur Castr. consil. 30. ad fin. vol. 1. dicens, quod ubi fuit vnus defectus expressus & alii fuerunt suppressi, tunc ad expressum tantum legitimum videretur habuisse respectum principaliter, idemq; tradit Rui. consil. 158. num. 12. vol. 1. consil. 73. num. 12. & consil. 97. colum. 2. volum. 3. Roma. consil. 326. num. 10. vers. Quartò probatur. Dec. consil. 338. colum. 1. & 2. Neui. consilio 99. num. 12. & latè confirmat ex multis Horatius Mandosius in addit. Roman. consilio 194. in princ. † At in impetratione legitimationis Procurator exposuit, q; Zacharias aliàs solutus sacro foedere matrimonii ex quadam muliere pariter soluta Ioannem Baptistā suscepit, & sic vnus defectus simplicis coitus extra matrimonium expressit, propterea licet subiunxerit, quod cupit eundem Ioannem Baptistam sic vt supra seu aliàs genitum legitimum: quia non dicitur expressus, nisi simplex defectus coitus præter matrimonium, alii verò fuerunt suppressi, videlicet quod natus esset ex clerico in sacris constituto, & sic natus ex adulterio, stupro, sacrilegio, duplici fornicatione & incestu, † meritò dicta legitimitio dicitur sur-

reptitia, & ob id nulla, iuxta notata in c. super literis, & ibi Bal. de rescript. Signorol. consil. 220. col. 2. glo. Butr. & alii in c. ad audietiam, de rescript. Anch. consil. 223. Bero. consil. 172. nu. 22. volum. 2. cum similibus.

49 † Sed & alia ratione fuit surreptitia: quia non fuit facta mentio prioris legitimationis factæ per Cardinalem Paciecum, de qua postea meminuit Zacharias in suo testamento. Hinc enim redditur nulla legitimitio præfens, nam si de ea Comes Palatinus de Campegiis sciuisset, fortè dixisset dicto Ioāni Baptista sufficere gratiam primam, suamq; non concessisset, ita Rui. consil. 96. num. 8. volum. 3. Deci. consilio 542. num. 7. & nouissimè Hieronymus Gabrielius consil. 30. num. 21.

50 † Secundò considero, q; in ista legitimatione falsitas expressa fuit, & suppressa veritas, narrando, quod Ioannes Baptista natus fuit ex parentibus solutis, & sic q; fuerit naturalis, vt specificè dictum fuit in supplicatione porrecta Principi nostro & tacendo quod ille fuerit natus ex patre in sacris constituto, & sic quod esset spurius. Vnde talis legitimitio dicitur fuisse obreptitia falsitate expressa, & tacita veritate, & sic narratum fuit vnum pro altero, † quæ obreptio est odiosior, & fortius vitiat, quàm surreptio, quæ committitur in tacendo, vt per Bal. cōf. 252. querula preces. col. 2. vol. 1. Veronēf. consil. fin. 5. dubio. Alex. consil. 60. ad fin. vol. 2. Crau. consil. 68. nu. 5. Rui. consil. 88. nu. 10. vol. 3.

52 post Innoc. & Butr. quos citat, † quo stante si ne dubio nulla fuit dicta legitimitio, vt in terminis decidit Ang. consil. 401. nu. 7. ubi ponit, q; pater erat sacerdos, & sic filius erat spurius, & ex damnato & reprobissimo coitu procreatus, quod assertum non fuit Comitum legitimationi, meritò dicit Ang. q; rescriptum suū tanquā obreptitium nullius est momenti: tacuit enim impetrās gratiam, qualitatē natiuitatis, qualis erat adeo omnibus exosa, & reprobata, q; forsā rescripti gratiam Comes non fecisset. † Vnde illud viribus vacuatur. d. c. super literis. Cyn. in l. præscriptione. C. si contra ius, idemq; tradit ad vngue Soc. cōf. 65. nu. 15. vol. 3. loquens in rescripto surreptio. Quare fortius in obreptio idem dici debet, prout in eo quoq; tenet Rui. in allegato consil. 88. nu. 9. post Alex. consil. 59. in fi. vol. 2. † ubi loquitur de afferente filium esse naturalem, cum tamen esset spurius: concludit enim, quod ob vitium obreptionis legitimitio non valet, non obstante clausula non obstante, cum defectus obreptionis sit maior surreptione, idemque tenet Gozad. consil. 26. nu. 20. & Roland. à Valle consil. 89. nu. 46. vol. 1. post Imol. in c. cum dilecta. de rescript.

55 † Tertio corrui ex alio dicta legitimitio: quoniam non fuit facta mentio, quod extarent fratres & nepotes domini Zachariæ ab eo postmodum instituti & honorati in testamento suo, meritò legitimitio non valet, nam dato, quod eorum

- citatio non fuisset necessaria, veluti cum patre viuente, & ad eius instantiam peteretur legitimitas, iuxta notata per Bar. & omnes in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum.
- 56 † quæ opinio tenetur communiter, vt inquit Alex. conf. 188. col. 3. vol. 5. Cuius. conf. 98. col. fin. Andr. Sicul. conf. 49. in prin. volum. 2. Corn. conf. 34. vol. 1. Steph. Aufser. in additio.
- 57 Capel. Tholos. quæst. 456. in fin. † Tamen de eis debuit fieri mentio, vt ex eo constaret legitimantem voluisse illis præiudicare, puta quia dictum fuerit, non obstante quòd extarent fratres, filii fratrum, & id genus D. Zachariae, nam facile esse posset, quòd Comes Palatinus non legitimitas, si nouisset aliquà ex prædictis personis extare, ne illis præiudicaret, vel saltem nõ tam de facili concessisset, ita voluit Iacob. de Beluis. in §. quoniam. in auth. quibus mod. nat. eff. sui. Butr. post Vbertum de Bobio in c. per venerabile. qui fil. sint legit. col. 13. sub nu. 15. Castr. conf. 180. col. 3. volum. 1. Mart. Laud. in trac. legit. circa med. vers. Nam bene verum est. Boer. decif. 122. num. 2. Alex. conf. 68. col. pen. vers. Ad idẽ, & conf. 94. col. 3. vers. Et propterea, vol. 1. Curt. conf. 19. col. 4. conf. 35. col. 9. Crot. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. num. 63. vbi quoque Soci. post Ioan. Andr. & Butr. in d. c. per venerabile. quos citat idem tenens Curt. Iun. conf. 83. num. 8. Socin. conf. 281. col. 12. vers. Corroborantur præmissa, vol. 2. Cassan. in consuet. Burg. rubrica 8. §. 5. nu. 20. idemq; tradit Corn. conf. 93. col. 4. vers. Cõstat enim, vol. 2. vbi refert ita tenuisse Ioannem Andr. in addit. Specul. vt per eum, idemq; firmare videtur Aret. conf. 167.
- 58 circa fin. † dicens, non valere legitimationem ad feudã, etiam si illud expressẽ diceretur, nisi legitimus certificatus esset, q̄ extabant agnati, quibus per legitimationem præiudicabatur, hoc etiam voluit Bertrand. conf. 110. visis quibusdam præteritis copijs, col. 5. vol. 2. Soc. Iun. conf. 99. nu. 40. vol. 2. Neuiz. conf. 99. nu. 16.
- 59 & Andr. Sicul. conf. 49. col. 2. vol. 4. † & magis in terminis nostris hoc firmat D. meus Riminaldi. conf. 113. col. 2. vbi propriẽ cõsiderat, quòd in impetratione legitimationis non fuit expressum, quòd pater habebat fratrem & nepotes superstitēs: quia nẽdum de filiis legitimis, sed etiam de agnatis mentio fieri debet, maximẽque in fratre carnali hoc dici debet rationabili, vt subdit Riminaldi. † quoniam & aliã plus iuris habet in bonis fratris ceteris agnatis in bonis agnatorum, cum querelet eius testamentum instituta turpi persona. l. fratres. C. de inoffi. testam. quod non est in alijs vterioribus. At filius ex damnato coitu natus est turpis persona, veluti infamis de facto, ergo Zacharias volens legitimare talem filium, debuit mentionem facere de existentia sui fratris carnalis, & nepotibus ex alio præmortuo, vt signanter arguit ibi D. meus Riminaldi, quo nil melius
- adduci posset, & in eisdem terminis addo Cephalum conf. 186. num. 30. † vbi subdit, quòd licet filius ibi fuerit legitimatus, vt etiam agnatis succedere possit, prout & in casu nostro, nõ propterea sequitur agnatorum patris existentium fuisse factam mentionem ad eorum præiudicium & exclusionem, sed tantum eis volentibus, expressẽ, vel tacitẽ, hoc est, vt ex testamento vel ab intestato possit eis succedere. l. conficiuntur. ff. de iure codicil. Vnde patet ex prædictis, dictam legitimationẽ collabi propter mentionem fratris & nepotum ex alio fratre D. Zachariae non factam. † Et licet Socin. Iun. conf. 99. num. 40. col. 4. vol. 1. contrarium teneat ea ratione: quia in legitimatione filii iura considerant tantum existentiam filiorum legitimorum, non autem agnatorum & meritò: quia pater respectu dictorum agnatorum habet liberã potestatem, suorumq; bonorum plenissimam dispositionem, vnde dato, quòd Comiti diceretur agnatos extare, non per hoc minus legitimationem concederet. † Tamen errore laboratur Socin. Iun. nam eadem ratio militat respectu filiorum, si enim nullum ius habent viuente patre in bonis eius. l. post emancipationem. §. 1. & ibi declarat Bar. ff. de liber. legat. & in l. fin. in fin. vbi pariter Alex. D. meus Riminaldi. min. & alii. C. de pact. † Imò nec in legitimatione habere spem probabilem. l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bonor. ibi. præmatura enim est spes. & ibi declarat Bar. & alii plerique sequuntur, quos cumulaui in fin. quib. alie. licet in princ. nu. 264. quibus addo Ceph. conf. 214. num. 8. & Senat. Pedemont. decif. 172. nu. 15. apparet quòd pater potest liberẽ de bonis suis disponere, dum viuunt in præiudicium filiorum, sicut & agnatorum, † & quòd de Comite dicit Soci. Iun. qui stantibus agnatis de his certificatus non per hoc abstineret à legitimando filiu. Verius puto contrarium, saltem in casu nostro, quando filius erat spurius ex clerico in sacris constituto, totq; defectibus laborabat enumeratis supra, † nam ignominiosum erat Zachariae in dignitate subdiaconatus constituto talẽ habere successorem, potius quàm fratres, aut nepotes legitimos, per ea quæ post gloss. tradit Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. col. 1. ff. ad Trebel. Vnde si Comes sciuisset Ioannem Baptistam esse talem, & agnatos extare, fortẽ non concessisset, aut nõ ita facilẽ legitimationem. Quare pater Socin. Iun. loquutum sic fuisse, vt inferuiret amico consilium perentis, meliusq; sensisset in alio conf. 99. num. 40. vol. 2.
- 67 † Nec dici potest mentionem legitimorum non fuisse necessariam, cum derogatum fuerit legi prohibenti legitimationem fieri stantibus eis, vt inquit Bald. in l. eam quam. col. 10. C. de fidei. vbi dicit, quòd si dictum fuit non obstante. §. pen. (qui est. §. generaliter.) in auth. quib. mod. natur. eff. sui. valet legitimitas, nam Comes in legitimatione sua dixit. Legibus, statu-

- tis, constitutionibus & ordinationibus Apostolicis & Imperialibus, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, & non contentus prædictis adiecit. Nec non his omnibus & singulis, quæ priuilegiõrum nostrorum concessores nobis in præmissis, & circa præmissa quomodolibet obstare noluerunt. Nam cum seruetur ad priuilegia sibi concessa, in quibus proponitur fuisse derogatum. d. §. generaliter, satis dicitur Comes per dictam relationem illi derogasse, & ob id mentionem legitimorum non fuit necessaria, prout signanter sic arguit Rui. conf. 168. col. 4. volum. 3. quem sequitur Roland. à Valle cõf. 61. num. 57. volum. 1.
- 68 † Namque diligenter consideranda sunt illa verba. Legibus, statutis, constitutionibus Apostolicis & Imperialibus, quòd non sufficiunt: quia istud est, generaliter loqui, sed saltem dici debet, non obstante aliqua lege, quæ in contrarium loqueretur, vt declarat Bar. in l. fi. C. si contra ius vel vtil. pub. parique modo nec illa, ceterisque quibuscunque in contrarium facientibus non obstantibus, sufficiunt, vt potẽ magis generalia, cum in eis nulla mentio legis, aut statuti fiat, vt in terminis ponit Dec. conf. 10. col. 3. † & in quantum subiunxit Comes, nec non his omnibus, quæ priuilegiõrum nostrorũ concessores obstare noluerunt, dico, quòd cum §. generaliter, cum glo. prohibeat stantibus legitimis legitimationem fieri, derogatio illius in priuilegio facta, non censetur repetita in legitimatione per relationem ad priuilegium facta, vt signanter respõdet Natta cõf. 402. nu. 58.
- 70 † Secundò dico, quòd petitum fuit Ioannem Baptistam legitimari ad succedendum patri, & agnatis, non autem ad succedendum patri, non obstante existentia agnatorum, & illis exclusis, ideo clausula non obstantibus adiecta per Comitem in legitimatione sua referri debet ad petitionem legitimationis, non autem ad alia nõ petita: quia concessio gratiæ secundum tenorem petitionis intelligitur. c. inter dilectos, vbi Bal. de fid. instrumen. per illum tex. ibi. ex forma petitionis. Butr. conf. 19. & ita respondet Dec. in d. conf. 10. col. 3. vers. Quintò, quia dicta clausula.
- 71 † Tertio dico, quòd cum Comes fecerit dictam legitimationem ad postulationem Zachariae & filii, curare debuerunt, vt exprimerent impedimentum gratiæ, quam petebant, & esse diligenter cauti in impetrandò, quòd licet extaret agnati, tamen petebant legitimationem, vt Comes posset legitime derogare d. §. generaliter. Quare sibi imputent, si hoc non inuestigando se ipsos deceperunt, ita Roma. elegant. confil. 327. num. 15. Vnde pluribus modis cessat difficultas, tertiumq; fundamentum de mentione agnatorum nõ facta remanet firmũ.
- 72 † Quarto, legitimitas prædicta nulla fuit ex defectu causæ, quam Comes non adhibuit, licet secus esset in summo Pontifice, vel Imperatore: licet enim ipsi legitimare possint simpliciter, & in eis propter supremam eorum potestatem sola voluntas habeatur pro causa. cap. cum nostris. §. nos verò. de concess. præben.
- 73 † Tamen secus est in Comite, qui legitimare non potest sine causa, ita voluit Ant. Rossellus in tract. legit. in c. de causa materiali. vers. Sed hic dubitatur, vbi dicit, quòd propter hoc multæ legitimationes Comitum destrui possunt, idemq; voluit Butr. in d. c. per venerabile. col. 3. & in c. cum inter. de renunciati. cū simil. vt latẽ prosequitur Card. conf. 16. col. 8. vers. Tertio mouet me, & conf. 64. col. pen. Sicut & conf. 73. in 4. dubitatione, demumq; D. meus Riminaldi. in d. conf. 113. col. 2. idemq; pulchrẽ confirmat Dec. conf. 393. col. fin. dicens, quòd istam differẽtiam tradit etiam Bal. in l. si testamentum. C. de testamen. † vbi notabiliter dicit, quòd in Principe causa præsumitur, sed in inferioribus, quibus data est potestas, quæ est in ipso Principe, intelligitur, quòd ipsi vtantur tali potestate ex causa quæ appareat, & idẽ notat Bald. in l. rescripta, quæstione tertia. C. de precib. imper. offer. & Alex. conf. 94. col. pen. vol. 1. Paris. conf. 1. num. 23. conf. 2. num. 28. & conf. 12. num. 228. vol. 2. Soc. Iun. conf. 120. num. 29. vol. 2. vbi citat etiam Decium consilio 579. col. fin. Vincent. Paleot. conf. 17. col. 5.
- 75 inter conf. Curtii, † & hanc opinionem communem testatur Curt. Iun. conf. 75. num. 4. quẽ refert Emanuel Soarez. in thesaur. recept. sentent. litera 2. num. 110.
- Sola superest difficultas verificare, quòd hæc legitimitas processerit sine causa, cum tamen ex causa fieri debuerit, & discurrendo ipsam facile iustificari potest. Nam quòd atinet imprimis eo loco vbi Comes dicit. Adhibita in præmissis & circa præmissa diligenti inquisitione, nec non & prauia causæ cognitione, maturaq; & solemni deliberatione præhabitis. † Dico, quòd cum dictus Comes non posset sine causa hoc facere, vtiq; non est standum suæ assertioni, quòd causa interuenerit per ea, quæ notat Bar. in l. si forte. ff. de castr. pecul. glo. & Doct. in l. si donatione. C. de colla. vbi Alex. Dec. Ias. & D. meus Riminaldi. alios cumulant, & præter eos Crauet. in tract. de antiq. temp. in prima parte, num. 63. & sequen. † Sed in terminis nostris Dec. conf. 393. col. fin. Gozad. conf. 6. nu. 27. Paris. conf. 6. num. 38. vol. 2. Ceph. conf. 285. num. 34. Quod verò dixit idem Comes, Ioannem Baptistam misericordia dignum veluti alieno vitio laborantem: quia non peccauit, licet in peccato conceptus fuerit, & quòd cum per leges pudicitiaẽ cõseruanda gratia iuri primẽuo derogatum fuerit, quo omnes liberi & legitimi nascebantur, ob id summi Pontifices & Imperatores circa tales dispensare consueverunt, † tales vtiq; causæ siue rationes non sufficiunt, veluti generales, & quæ locum haberent in quo-

in quolibet legitimo, prout de similibus inquit Deci. eas refellens in allegato consil. 393. col. fin. dicens, quod causa debent esse speciales, quibus Comes moveatur, & in terminis tradit Curt. consil. 16. col. 9. vers. Sed scrupulus restat, consil. 19. col. fin. Paris. consil. 6. num. 39. & consil. 9. num. 39. volum. 2. Ceph. consil. 285. num. 29.

79 † Sed nec illa mihi satisfacit, in qua dicit, quod interdum aliis qui digni viderentur privilegia concedere Papa, vel Imperator, quorum virtute tales gratiam & dispensationem consequerentur, quorum, quod Ioannes Baptista dignus esset tali gratia, non apparet nec apparere poterat tunc, cum esset infans & aetatis annorum octo, vel circa, in precibus suis narratur, quo tempore cum nec mereri, nec demereri posset. l. si quis in suo. S. legis. C. de inoff. testament. dici non potest ob eius virtutes motus Comes ad talem gratiam sibi concedendam, & ob id expressio dictae causae non est sufficiens, nec bona, prout pulcherrime tradit Anch. consil. 241. & post eum Dec. consil. 576. num. 7. qui loquuntur de dispensatione, quae dicebatur facta propter spem bonorum morum, & bonam indolem filii legitimi, † quod idem in impetratione narravit hic Procurator, dicens, quod Zacharias attempta vita, moribus, indoleque & honestate d. Ioannis Baptista sui filii cupit eundem legitimi & Nanque dicunt Anch. & Dec. cum filius esset infans annorum septem vel circa, & Comes crederet virtutum favore redimere, quod in eo ortus odiosus ademit, talia non videntur in infante posse verificari: quia infans quicquid videt, ignorat, l. i. C. de fals. monet. & ideo cum ista causa sit falsa vitia legitimitas: spes enim futurae probitatis in infante fallax est, ut latius probat ibidem Dec. qui cum videri possit eum non transcribam, sed addo D. meum Riminaldum in allegato consil. 113. col. fin. pariter dictam causam vel rationem taxantem: quia de ipsa nullam apparet cognitionem interuenisse, prout

80 † erat necessarium, † hi que scilicet Anch. Dec. & Riminald. sine dubio melius sentiunt, quam Corn. consil. 1. num. 17. in fin. vol. 3. & Soci. Jun. consil. 142. nu. 20. vol. 1. qui contrarium dicunt: quoniam non loquuntur in infante, sed alio natu maiore, ubi probitas morum, virtusque patere potest, quod in infante dici non potest.

81 Minus etiam me mouet alia causa narrata per Procuratorem, quod Zacharias vnicum filium Ioannem Baptista suscepit. Vnde ne sui prolem, & lineam deperire contingat, cupiebat eum legitimi, † ostendit enim per dicta verba Procurator, quod Zacharias carebat aliis filiis. Vnde de talis causa videtur iusta fuisse legitimitati dictum Ioannem Baptista, cum ob eam causam legitimitas principaliter concessa dicatur. S. si quis vero non habens. in auth. quib. mod. nat. effi. leg. & in S. si quis ergo filios. in auth. quib. mod. nat. effi. sui. ut ponit Ias. consil. 40. col. pen.

& consil. 127. nu. 6. vol. 4. Gozad. consil. 48. nu. 12. & consil. 85. nu. 18. Paris. consil. 1. nu. 21. vol. 2. Soci. Jun. consil. 142. nu. 28. vol. 1. & consil. 97. nu. 38. vol. 2. † ubi hoc extendit etiam si non fuerit a Comite expressa talis earentia filiorum, sequitur Menoch. consil. 19. nu. 21. velut ab eo verisimiliter considerata, nam dicta causa tendit ad fauorem agnationis conseruandae, prout denotant illa verba, ne sui prolem & lineam deperire contingat, sicque deficiat agnatio sua, † sed talis causa non est idonea, ut in specie dicitur eam Curt. consil. 16. col. 10. vers. Restat scrupulus, & post eum Paris. consil. 9. nu. 40. vol. 2. Dec. consil. 394. col. pen. vers. Quarto non obstat, † ubi dicit, hanc rationem conseruandae agnationis procedere in masculis legitimis & naturalibus, non autem in legitimatis, & latius col. fin. vers. & illa ratio, subiungit rationem conseruandae agnationis esse generalem, & habere locum in quocumque legitimo, & sic legitimitas semper diceretur facta ex causa, quod non est dicendum, quia causa debet esse specialis, non autem generalis, ut per eum, sequitur Ceph. consil. 285. nu. 30. & ultra praedictos accedit D. meus Riminald. in d. consil. 113. col. fin. qui dicit, quod facta fuerat mentio in legitimatione, qualiter pater erat orbatus filio suo praemortuo, & tamen concludit, legitimationem non valere, velut causa legitima non expressa, † immo cum frater & nepotes D. Zacharia extarent, conseruatio agnationis satis aderat absque legitimatione dicti Ioannis Baptista. Vnde tantomagis corrui dicta causa, sicque Paris. argumentatur in d. consil. 8. nu. 40. qui pariter sequenti num. respondet alteri motui de clausula apposita in legitimatione, quae dicebat, & ex aliis iustis & rationabilibus animum nostrum mouentibus rationibus. Dicit enim per eam legitimationem non defendi, nec causam suppleri: tunc quia Comitum assertioni fides non est adhibenda: † tum quia dictio aliis, referenda est ad similia expressis, & non ad maiora nec dissimilia, & sic ad generalia referri debet, quae fuerunt expressa, & quae minimè sufficiunt. c. sedes. de rescript. ubi plenè Fely. & alii: sic enim de casu nostro dici debet, ubi similis clausula reperitur, licet a Procuratore, non autem a Comite prolata, ut in casu Parisiensi, ibi. nec ex qua pluribus aliis diuersis rationibus & causis ad id animum suum (scilicet Zachariae) mouebatur.

82 † Non me lateat etiam, quosdam voluisse causam non requiri in legitimatione Comitum facta de voluntate patris: quia voluntas eius habetur pro causa iusta, sic enim citatur Alexand. consil. pen. col. fin. volumine quinto, quem sequitur Ias. in l. filius familias. S. diui. lectura 2. nu. 7. ff. de leg. 1. consil. 40. col. penult. volumine tertio, consilio 127. nu. 6. volum. 4. Ruin. consil. 75. nu. 17. volum. 3. Gozad. consil. 49. nu. 37. Bertrand. consil. 127. nu. 17. volum. tertio priorum, cum similibus per Socinum

cinum Jun. consil. 93. num. 61. volum. 3. & Menoch. consil. 19. nu. 22. † Sed in contrarium longe plures vigent tenentes, Comitem sine causa legitimitate non posse, quos adduxi quarto loco, non distinguentes, an volente patre vel non sit facta, & in specie Curt. in consil. 73. nu. 32. taxat Alex. in d. consil. pen. na. ut dicit Curt. sub nu. 27. frustra doctores dicerent requiri infertionem laudabilis causae, si patris voluntas haberetur pro iusta causa, nam semper diceretur facta cum causa, idemque tenet abundè Dec. consil. 288. & consil. 579. Roland. à Valle consil. 89. col. pen. & fin. vol. 1. ubi post Bal. in 90. l. si testamentum. C. de testa. † dicit, quod causa debet exprimi, & talis quae sit rationabilis, specialis, & consona iuri, & post Brun. consil. 15. col. 2. dicit, quod causa debet esse necessitatis, aut utilitatis, aut praerogatiuae personarum. Quarto corrui haec legitimitas: quia facta fuit cum licetia Principis nostri surreptitia, ex quo narravit Zacharias desiderare legitimitate Ioannem Baptista filium suum naturalem natum ex se soluto & muliere soluta, cum tamen esset spurius, & ex damnato coitu natus, velut ex constituto in sacris, ut supra deducum fuit, † Vnde talis legitimitas nulla redditur virtute proclamatis Illustrissimi Ducis nostri; quia Comes Palatinus non potuit eam facere sine licentia Principis, vel cum licentia surreptitia, ita signanter tradit Alciat. respon. 554. n. 9. quod est bene notandum.

91 † Sexto, cum prius fuisset legitimatus Ioannes Baptista à Cardinale Paciecco, & sic habitatus, non poterat dici simpliciter naturalis, aut spurius, merito verba privilegii Comitum Campegii non conueniunt, in quibus datur potestas legitimandi bastardos naturales, & spurios, ita in terminis Soc. consil. 246. col. 2. & 3. vol. 2. & post eum Dec. consil. 393. sub nu. 9. vers. Et ulterius. Vnde ratione potestatis deficit ista legitimitas, tantoque magis, quod de prima nulla fuit facta mentio dicto Comitum ratione, quam considerat Soc. ibi dicens, quod si concedens habuisset notitiam de prima, maiorem considerationem habuisset, quare ab initio aut moderatè fuisset petiturum, aut moderatè concessum & sic non ita de facili concessisset seu responsum dedisset, quae facilitas multum attenditur ad praesumendam voluntatem rescribentis, iuxta notat. in c. super literis. de rescri. † Et ex praedictis ista pars contra legitimationem multum iustificatur.

Ex qua conclusione inferitur, primò, quod institutio quae fecit D. Zacharias de dicto Ioanne Baptista suo filio tanquam legitimo fuit nulla: quia si legitimitas non valet, nec valet institutio, sed habetur pro non scripta, & hereditas pertinet ad venientes ab intestato. quia si sciuisset legitimationem non valere, illum non instituisset. Vnde viriatur institutio: quia defensus fuisse dicitur in causa finali, iuxta l. si pater

cum ibi not. C. de heredi. instituen. ita Castr. in l. eam quam. col. 2. per illum tex. secundum lecturam Azonis. C. de fideicom. & post eum Ias. ibidem, Dec. consil. 176. col. 2. consil. 288. col. 1. consil. 453. in fin. & consil. 462. col. 1. Cor. consil. 1. col. 10. vol. 3. Crot. in l. qui Romae. S. duo fratres. col. 7. ff. de verb. obligati. Soc. Jun. consil. 99. nu. 34. vol. 2. Paris. consil. 12. nu. 227. vol. 2. † Secundo inferitur, quod Do. Ioannes Baptista de bonis paternis restari non potuit, cum de suis non alienis quis restari tantum possit. S. disponat. in auth. de nupt. l. verbis legis. ff. de verb. significatio. l. i. C. de sacrosane. eccles. cum similibus.

Supereff ut hanc partem tenendo contrariis respondeam, quoniam tanto clarior remanebit illis sublati, merito ad eorum solutionem me totum accingo.

Ad primum igitur dico, dato quod Comes in legitimatione sua se referat ad mandatum & petitionem procuratoris, tamen tantum abest, quod sub verbis supra relatis mandati vel petitionis comprehendatur iste casus, quod Ioannes Baptista conceptus & natus fuerit ex constituto in sacris, † probatur. Nam quod attinet ad illa verba mandati, non obstante, quod sit conceptus, & natus ex patre & matre solutis, & ex quocumque illicito coitu procreatus, † patero, quod sicut una pars alternatiue clara declarat alteram eius partem dubiam. l. i. ff. de reb. dub. sic una pars copulatiue declarat aliam partem dubiam, ut not. ibi Soc. Roma. consil. 231. & post eum Horat. Mandos. plures cumulans, qui se referunt ad illud consilium, & velut notabile sequuntur, quibus addo Rui. consil. 61. nu. 8. vol. 2. & Tobiam Nonium consil. 7.

92 † Sed in proposito nostro dicitur in prima parte non obstante, quod Ioannes Baptista sit natus ex patre & matre solutis, & sic ponitur qualitas parentum suorum solutorum, idè dum subiicitur in secunda parte, & ex quocumque illicito coitu procreatus: quoniam dubia est, an intelligatur de illicito coitu solutorum vel iunctorum, & coniugatorum, debet intelligi secundum eandem qualitatem, videlicet de procreato ex illicito coitu solutorum, puta quod essent affines, vnus corruptus, & alter virgo, soluti tamen, non autem de iunctis, vel eorum altero, prout in casu nostro erat dominus Zacharias clericus in sacris constitutus, qui dicitur iunctus matrimonio spirituali cum ecclesia contracto, iuxta gl. & alios in c. per venerabilem. qui fil. sint legit. Bero. consil. 163. num. 15. volum. 2. Soc. Jun. consil. 48. num. 10. volum. 4. & supra dictum fuit in primo fundamento.

93 † Confirmatur, nam proprietates & natura copulae in eadem oratione posita, vel quae pendet à verbo in oratione pambula posita est repetere qualitates praecedentes. l. Seia. S. Gato. & ibi Bar. ff. de fund. instruat. Ias. in l. 1. col. 4. ff. de iust. & iure. vers. An autem per copulam. & in l. si

l. si a furioso. S. fin. col. 1. ff. si cer. pet. D. meus Riminaldi in l. si de certa. circa med. C. de transactio. Corn. consil. 192. vol. 2. Neuz. consil. 72. num. 14. Bero. consil. 185. num. 9. volum. 1. At si nos intelligeremus etiam de illicito coitu iunctorum contineret diuersam qualitatem præcedentis partis. Igitur hoc dici non debet, Nec verbum quocunque, ad id nos trahere debet, vel inducere: quoniam cum nos agamus de dispensatione, quæ odiosa est, licet legitimatio sit fauorabilis, vt inquit Anch. cons. 241. in prin. & consil. 427. Corn. consil. 93. vol. 2. Dec. consil. 393. col. fin. & consil. 575. num. 7. stricta debet in ea fieri interpretatio. c. odia. de reg. iur. in 6. Confirmatur, nam quoties signum vniuersale refertur ad verbum præteriti vel presentis temporis recipit limitationem, vt docet Bart. in l. 1. S. nunciatio. num. 2. ff. de ope. nou. nunciatio. quem ceteri sequuntur, vt Alex. & Iaf. testantur, igitur illa verba. Et ex quocunque illicito coitu procreatus sit, debent recipere limitationem qualitatis præcedentis de coitu illicito solutorum, cum illud signum vniuersale, quocunque, referatur ad illa verba procreatus sit, quæ sunt præteriti temporis, si verò consideramus verba procuratoris petentis legitimari Ioannem Baptistam filium Zachariæ sic vt supra seu aliàs genitum, hoc est natus ex eo soluto, seu aliter genitum. Et adhuc idem dicendum est, nam cum alternatiuè prolata sint, vt apparet ex dictione seu, sequitur, quòd secunda pars illius dubia, dum dicitur, aliàs genitum, debet intelligi secundum qualitatem præcedentem primæ partis alternatiuæ. d. l. 1. ff. de reb. dub. & sic quòd aliàs genitus fuerit ex solutis tamen, vt quia in prima parte coitus fuerit simplex solutorum, puta laici & concubini, in secunda verò qualificatus solutorum, puta affiniū corrupti & virginis, & id genus. Vnde sic discurrendo diligenter apparere primum fundamentum cessare super relatione factum: quia non per hoc comprehenditur natus ex clerico in saceris constituto.

102 † Et inquantum dicebatur, quòd expresso vno casu speciali adiecta clausula generali veniunt omnes alii. c. qui ad agendum. de procur. in 6. paratam habet responsionem, quòd veniunt omnes alii similes expresso, & sic eiusdem similitudinis & naturæ, vt Anch. ibidem tradit, & Perusi. sicut & Dec. consil. 76. col. fin. vers. Quare etiam, non autem maiores, sic quæ dissimiles expresso, vt tenet Abb. Imol. Fely. & alii in c. sedes. de rescript. vbi Fely. in tertia declaratione, & Dec. num. 14.

103 † Vnde cum primò fuerit expressum de nato ex solutis, & sic quando coitus simplex emanauit inter duos solutos, subiiciendo, & ex quocunque illicito coitu procreatus, venit intelligendum de coitu illicito simili tamen expresso, videlicet inter solutos emanato, vt cum con sanguinea siue virgine, non autem inter clerici

cum in saceris, & sic iuncti & solutam, hic enim casus esset maior nectum diuersus non autem similis expresso. † Et licet quando clausula generalis subiecta reperitur cum signo vniuersali, vt hic, & ex quocunque illicito coitu procreatus, sunt qui dicant maiora expressis includi, vt Imol. in c. 1. col. pen. de iud. post 105 Ioan. And. in c. 2. de rescript. in 6. † Attamen Fely. in d. c. sedes. de rescript. vers. Quarta declaratio. contrarium tenet ex supra deductis per eum in regula per eum firmata de clausula generali cum signo vniuersali posita post speciali ter expressa, quæ restringitur ad familia, non autem in claudit diuersa, maiora quæ expressis, per tex. in l. si. S. cui dulcia. ff. de triti. vin. & oleo legat. vbi si vinum amphorarium, amineum, grecum & dulcia omnia legata sint, illa clausula generalis cum signo vniuersali omnia, intelligitur de dulcibus potabilibus, ut erant specificata superius, & ideo non veniunt vicia, ficus, palma & carica: quia non sunt potabiles, & sic non sunt similes expressis. † Hinc Card. consil. 103. D. noster Papa. dicit, quòd si simpliciter scribitur pro beneficio uacaturo, venit omnis modus prouisionis etiam per uiam electionis, secus autem si certi modi fuerint specificati, deinde subiiciatur clausula generalis prouisionis cum signo vniuersali, puta per quamuis aliam dispositionem: non enim venit modus electionis uel uis diuersæ speciei per d. S. cui dulcia, sed intelligitur de similibus expressis, † hinc & Oldra. consil. 8. dicit, quòd si testator mandat solui debita certis creditoribus talis ciuitatis, & omnibus aliis suis creditoribus, intelligitur de similibus, hoc est eiusdem ciuitatis, sequitur D. micus Riminaldi. consil. 67. num. 12. Butr. in c. cū dilecti. col. 1. de donatio. sed & Bar. in l. quod dicitur. ff. de tutel. inquit, si constituto procuratorem in tali causa contra Titium, & generaliter in omni alia, intelligitur contra Titium, sequitur Roma. in l. damni. S. is qui. ff. de damn. infect. Fely. in d. c. sedes. sub num. 3. & 4. ubi ponit & alias similes decisiones, demumque col. 8. citat gl. in l. si fugitiui. C. de ser. fugi. in uer. quilibet alia poena, quæ exponit simili. Cardinalis in clem. non potest. tertia quæst. de procur. post Anch. & Lapum alleg. 70. col. fin. & demum Rom. consil. 27. ubi facta concessione quorundam regalium adiecta clausula & omnibus aliis regalibus, intelligitur de similibus expressis non autem de maioribus, per d. S. cui dulcia. additque Fely. in d. c. sedes. col. 10. plures alias decisiones, quas in gratiam breuitatis missas facio, sed addo Decium consil. 521. nu. 2. & consil. 596. num. 17. ubi potissimè uult hoc procedere in materia odiosa & restringibili, quod & pulchre tradit Socin. in l. quidam relegatus. num. 10. ff. de reb. dub. in qua uersamur, cum de dispensatione tractemus, ut supra deduxi.

109 † Ad secundum, quòd Comes in genere cogitauerit de quocunque defectu, merito subla-

tus dicitur per l. qui iure militari. ff. de testam. milit. vt per Castr. consil. 30. volum. 1. in fin. cum similibus. Dico, quod procedunt, ubi nullus defectus fuit expressus in legitimatione, sed uerbis tantum generalibus Comes fuit usus, † at fecus ubi fuit vnus defectus expressus, vt hic, quòd Ioannes Baptista fuerit natus ex solutis, & uerba generalia fuerunt subiecta, vt quòd & ex quocunque illicito coitu procreatus sit, & ita fuerunt alii defectus suppressi; quia ad expressum tantum legitimans uideatur habuisse respectum, & legitimatio tanquam surreptitia redditur nulla, vt idem Castr. & alii supra citari dicunt in calce primi fundamenti vers. Ex his igitur. Vnde uersamur in diuersis terminis secundi contrarii.

111 † Secundo plus inquit Ruin. consil. 109. sub nu. 2. vol. 3. taxans Castr. in d. consil. 30. quòd etiam quando nullus defectus fuit expressus, sed Comes fuit generaliter loquutus, legitimatio uitiatur, vt colligitur ex notatis per Bal. in l. eam quam. col. 10. vers. sed pone. C. de fideicom. vbi concludit, quòd si quis fuit legitimatus tanquam spurium simpliciter, cum tamē esset spurius & incestuosus, & sic qualitates spurietatis non fuerunt expressæ, vt quòd ex sacri legio, vel monachatu natus esset, legitimatio non ualet dictis uitiis non expressis, nec sufficit clausula non obstantium generalis in nube posita: quia uerba generalia tam odibiles non comprehendunt, uult ergo Bal. quod ubi sunt plures defectus, non sufficit derogatio generalis, quauis ex ea de quolibet defectu uideatur in genere cogitatum, & illam decisionem Bal. sequitur Butr. in c. per venerabilem. col. 15. qui fil. sint legit. Dec. consil. 338. & consil. 579. col. 1. Fely. in c. postulasti. col. 3. de rescri. & Cagnol. in l. si qua illustris. nu. 25. C. ad officia. † idēque clarius uult Bald. in l. 1. col. pen. C. de furt. dicit enim quòd ubi plura concurrunt obstacula, non sufficit clausula generalis non obstante, sed opus est, quod de singulis defectibus fiat mentio; quia qui remouet defectum, inducit effectum, & ad idē Rui. inducit Alex. consil. 195. nobilis Folinus. vol. 2. considerando vt per eum. & ego pariter addo Dec. consil. 10. col. 5. Gozad. consil. 9. num. 24. post Fely. in c. postulasti. col. 3. de rescript. & D. meum Riminaldi. consil. 73. nu. 26. qui omnes sequuntur Bal. in d. l. 1. & cum prædictis concordat Soc. Iun. consil. 99. nu. 38. vol. 2. ubi plures adducit, quòd qualitas illegitimitatis exprimi debet, alioquin ea non expressa legitimatio non ualet, † ibique dicit esse commune sicut & testatur consil. 100. nu. 8. cod. vol. 2. Et ad l. qui iure militari, qua Castr. mouebatur, colligitur responsio per eundem Ruin. in d. consil. 109. num. 21. non sufficere quòd ex uerbis generalibus constet, Comitem cogitasse de quolibet defectu, vt colligitur ex dictis Bar. in l. qui Romæ. S. duo fratres. quæstione 5. ff. de uerbo. obligat. ubi concludit, quod

renunciatio in qua fit mentio de testamento in genere non trahitur ad fideicommissum: quia ex quo pro forma debet inspici, & cognosci uerba testamenti. l. de his. ff. de transactio. non sufficit in genere de testamento mentionem 114 facere, † & quamuis Ang. ibi contra Bar. alleget d. l. qui iure militari, tamen Alex. & Imol. respondent, illam locum non habere, quando pro forma quid requiritur, quia cogitatio in genere tunc non sufficit, & ibi plenius hoc confirmat Rui. vt per eum.

Sed & aliter respondet Cagnol. in d. l. si qua illustris. nu. 26. † ad d. l. qui iure militari, quod siue in genere, siue in specie quis de posthumo cogitauerit idē est effectus, nec aliquid differt, quia satis cogitauit de posthumo, ideo nimirum, si non rumpit testamentum, vt ibi, at secus in proposito nostro: † quia spuriorem plura sunt genera, & aliqui magis ceteris odiosi, ideo vt gratia talibus facta subsistat, qualitas eorum innotescere debet Comiti, alioquin ex uerbis suis generalibus non elicitur deliberata eius uoluntas, vt in simili notat Bar. in l. r. quæstio. 6. ff. de iure codicil. uolens ex generali mandato ponendi clausulas consuetas in instrumeto per Notarium non elici deliberatam uoluntatem disponentis, ubi specialis, & delibata uoluntas requiritur, † adducit præterea Cagnol. tex. in c. in præsentia. de probatio. ni. ubi probatio generis continentis in se multas species, ex quibus aliquæ inferunt intentionem probantis, quadam uero non dicitur obscura, minimèque releuat, vt not. Aret. 10. loco. Sic enim in proposito cum spurietas in genere plures species sub se continet, quarum aliquæ magis sunt odiosæ, quam cetera, ideo expressio in genere sufficere non debet nec releuare, & ita plene cessat secundum fundamentum.

118 † Ad tertium de clausula, & omni meliori modo, dico, quòd illa non respicit in casu nostro genituram Ioannis Baptistæ, sed Comitem & auctoritatem suam, ibi. Cupit eundem Ioannem Baptistam sui filium sic vt supra seu aliàs genitum auctoritate nostra Apostolica, eoque meliori modo quo fieri possit legitimari. Merito non deseruit dictæ genituræ, quia de diuersis ad diuersa non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minori. & inducitur ad uerbum finem & effectum non debent alium operari. l. legata inutiliter. 119 & ibi Bar. ff. de adim. leg. † & cum restricta fuerit ad personam Comitis, non debet operari quòd ad personam Ioannis Baptistæ, nec eius respectu ampliari, vt in notabili casu tradit Anch. consil. 357. col. 2. Dec. consil. 14. colum. 3. in fin. vers. Præterea. at in casu Alex. & Ruini, de quibus supra, fecus erat.

120 † Secundo & pulchre respondetur, quòd illa sunt uerba petitionis procuratoris Ioannis Baptistæ, patrisque sui relata per Comitem, quæ non debent arrendi, sed quid ipse concesserit, vt not. Abb. in cap. inter dilectos. S. ceterum. de

- de fid. instrumēt. & in c. 2. de treg. & pac. dicēs quod si petitio fuit indeterminata, & concessio determinata, debet attendi cōcessio, quod dicit esse norandum: quia sepe Papa signando supplicationem restringit petitionem, & tunc non prodest impetranti dedisse generalē petitionem, sequitur Ias. in l. 1. C. de diuersi. rescript. & Rui. consi. 43. num. 3. volum. primo merito quia non reperitur, quod Comes in legitimatione sua voluerit legitimare dictum Ioannem Baptistam vti filium genitum ex clerico in sacris constituto, petitio dicti procuratoris non debet attendi.
- 121 † Ad quartum respondeo, quod licet Bal. in locis memoratis dixerit sufficere exprimi spurietatem, licet qualitates eius non exprimantur, puta quod sit natus ex monacha, vel clerico, tamen vera & communis est conclusio in contrarium: quia suppressio qualitatis in legitimanda persona existentis vitiat legitimationem tamquam surreptitia, quando qualitas suppressa talis est, quæ si fuisset expressa redderet personam legitimandam odiosiore & forsan induceret legitimantem ad non legitimandum, vel saltem ad non tam facile legitimandum, quod sufficit, vt rescriptum reddatur surreptitium, iuxta tradita per doctores
- 122 cōmuniter in c. super literis, de rescrip. † debet itaque cum quis legitimatur exprimi qualitas illegitimitatis, seu spurietatis, aliās ea nō expressa legitimitas non valet, vt voluit Alberic. in rub. C. de natur. liber. Bened. de Plumb. in l. 1. ff. de nat. rescrip. Fulg. consil. 22. primo dubio. Alex. consi. 87. colum. fin. vol. 3. Andr. Sicul. consi. 9. in princ. & colum. 5. volum. quarto. Soc. consi. 47. colum. 5. vers. quinto quia.
- 123 vol. 4. Dec. consil. 338. num. 6. † post doctrinam communem quam ponit Butri. in c. per venerabilem, colum. 15. vers. Nunc venio ad secundum, qui fil. sint legit. vbi dicit, q̄ oportet quod impetrans exprimat qualitatem legitimationi, an sit naturalis, spurius, vel incestuosus; quia difficiliter dispensatur cum incestuoso, vel spurio, quam cum illo qui sit tantum naturalis
- 124 † & quod ita communiter teneatur, asserit ita sequendo Marti. Laud. in trac. de legitima. & Steph. Bertrand. consi. 135. quia scienti legem. in fin. volum. 2. & post eos Soc. Iun. consil. 99. num. 38. & consil. 100. colum. 2. vol. 2. qui post Prapof. in d. c. per venerabilem. col. 39. vers. quid si fiat legitimitas, concludit, q̄ cum in casu suo suppressum fuisset, quod Anna fuisset spuria nata ex muliere coniugata, & sic ex adulterio, dictumque fuisset simpliciter, quod esset nata ex soluto & soluta, talem
- 125 legitimationem non valere, † & cum prædictis etiam concordat Dydac. Couarru. in secunda parte Epitomes cap. 8. nu. 2. post Ludouic. de Sard. in trac. legiti. fol. 13. col. 4. dicens non esse satis dicere in impetranda legitimatione, legitimandum esse spurium, sed necessa-
- riū id exigi, quod vitium quod is filius in conceptione contraxit, in specie exprimatur, an scilicet sit ex moniali natus, & idem erit si pater sit in sacris constitutus, vel monachus, posteaque sub nu. 4. taxat Bal. in d. l. si qua illustri & in d. S. naturales. contrarium tenentem, vbi ibi latius per eum. subdentem, quod ita reprobatur Bald. Nicol. de Vbal. in trac. de succes. ab
- 126 intest. fol. 10. col. 4. † saltemque dicit seruandam non esse opinionem Bal. quando vitium est atrox, nemp̄ coitus cum moniali, matre, sorore, aut filia, concluditque quod semper confuleret omnia Principi exponenda fore veraciter, & in specie, & cum prædictis etiam concordat Curt. consi. 16. col. 13. & consi. 73. col. 22.
- 127 dicens, quod requiritur notabilis expressio, nec sufficit narrare factum in genere, nisi etiā modus exprimatur, puta quod mulier esset monacha secundum Fely. in c. postulasti. col. 5. de rescript. idemque Soc. consi. 65. nu. 15. vol. 3. Alex. consi. 70. nu. 8. vol. 6. & consi. 108. vol. 7. Dec. consi. 338. num. 3. & consi. 579. de muni. que Neuiz. consil. 99. num. 13. qui præter alios adducit Bal. consil. 441. ante fin. & consil. 486.
- 128 volum. 4. † tenentem quod qualitas spurietatis debet specificē exprimi, licet in lecturis supra citatis contra senserit. Quæ decisiones bene casui nostro famulantur, vbi Ioannes Baptista cōceptus fuit ex clerico in sacris, vt erat Zacharias subdiaconus, & sic vitium fuerat atrox, & filius erat spurius, adulterinus, sacrilegus, incestuosus, & aliter notatus, vt supra deduxi in primo fundamento & sic multiplici vitio, pluribusq; defectibus laborabat. Vnde succedit præclarum consilium Oldra. 247.
- 129 supra relatam vers. Ad secundum † vbi cōcludit, non valere legitimationem, in qua dictum fuit, q̄ quis erat natus ex adulterio, cum adulterium esset duplicatum ex parte patris, qui uxorem habebat, & ex parte matris, quæ habebat maritum, quæ qualitas aggrauans casum non fuit expressa: quoniam cum duplex vitium cōcurreret, debuit explicari, sequitur Ioannes Andr. in addit. Specul. in rub. qui fil. sint legit. versiculo. Quæro si natus ex incestuoso vxorato. Abb. in d. c. per venerabilem. colum. 6. vers. His præmissis. Roma. cons. 326. nume. 10. & in l. si verò. §. de viro, fallen. 31. ff. solu. mar. Alex. consi. 138. opportune. col. pen. vers. successiue dato. vol. 1. cons. 60. uisa. col. fi. & cons. 195. assumo. vol. 2. Anto. Rosell. in trac. de legiti. libi. secundo, vbi de causa fornicandi tractat. colum. 1. Dec. cons. 55. cons. 338. Didac. loco citato nume. 3. post Ferdinand. Loaz. in trac. de
- 130 matrimo. dubio decimo, col. secunda, † ubi dicit hanc esse cōmunem opinionem, & Horati. Mandos. in additio. ad Roma. cons. 194. vbi dicit hoc esse communiter receptum, tãtoque magis, ut ille subdit, quando nedum qualitas erat duplex, sed etiam triplex, quæ delictū magis aggrauat, vt in nato ex moniali, videlicet adulte-

- adulterium, sacrilegium & incestus, iuxta glo. in c. virginibus. 27. quæst. 1. Abb. in c. at si clerici. de iudic. Quare sic è contra dici potest in casu nostro de Ioanne Baptista nato ex clerico in sacris constituto.
- 131 † Nec defendi potest legitimitas, de qua tractatur ex verbis procuratoris supra relatis per Comitē; quoniam duplex responsio adferri potest, quam ponit eleganter Rui. consi. 66. nu. 27. & 28. vol. 3. Prima est, quod cum in casu suo petitum fuisset legitimari quosdam filios natos ex Do. Prosdocimo coniugato, & ex quadam D. Iacoba, & hoc duntaxat fuerit affirmatum, deinde fuerit subiecta clausula, etiam si ex incestu, adulterio, stupro, vel alio quocunq; damnato coitu ipsi sint, vel essent
- 132 nati, † tamen quia dicta verba etiam si & non erant affirmatiua, sed solum conditionalia, quæ nihil ponunt in esse. l. quæ sub conditione. ff. de condit. institutio. non sufficiunt; quia Comes in sua legitimatione habuit duntaxat respectum ad defectū expressum, & specificarum affirmantis, & non ad alios qui includi possent sub dictis verbis generalibus prolatis conditionaliter, & dubitatiue.
- 133 † Secunda est responsio, quod cum de aliis qualitatibus aggrauantibus delictum perfunctoriè, & sub inuolucro verborum facta præsumatur narratio fraudulenter & dolose, cum petens legitimationem notas illas haberet, prodesse non debet, argumento eorū quæ dicunt Ang. & ceteri in l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obligat. dum querunt de eo qui vendidit equum cum omnibus schinellis, & magis, & quod de illis nolebat teneri, nam nihilominus tenebitur ratione doli, si sciuit morbum, & non proपालauit emptori. Nec Comes ad clausulam generalem & dolose expressam videtur se retulisse, sed ad specificata, vt ibi plenius per Rui.
- 134 † Sic enim vtraque responsio potest accōmodari casui nostro, nam procurator prius affirmavit, quod Zacharias prius solutus ex Lucia pariter soluta Ioannem Baptistam procreauit, petitique eum legitimari, & antiq̄e naturæ restitui, & omnem maculam & defectum delerivnde quaque prouenientem, etiam si maior foret expresso, ac aliās qualiscunq; fuerit,
- 135 † hæc enim verba cōditionaliter prolata fuerunt non affirmatiue, & in genere, ac sub inuolucro fraudulenter & perfunctoriè ad decipiendum Comitē, merito prodesse non debent, ut concludit Rui. & hoc est, quod forte presensit Bal. in d. leam quam. col. 10. C. de fideicom. dicens quod clausula non obstantium, in nube non sufficit, quando qui legitimatur est multum odiosus: ut quia natus sit ex sacrilegio, uel monachatu: † quia verba generalia non comprehendunt odiosos. l. Lucius. §. Lucius Titius. ff. de leg. 2. nam & addi potest Bal. quia prolata sunt ad fallendum Comitē, qui

- non uideatur hoc casu uoluisse talem filium odiosum legitimare, postquam specificè defectus sui non fuerunt expressi, & illam decisionem Bal. recitat Dec. in d. consi. 238. & conciliare conatur cum alibi dictis Bal. supra citatis, ad quem me remitto, ne longius progrediar super hoc quarto contrario.
- 137 † Ad quartum dico, quod posito quod dicta legitimitas fuerit plena, nō tamen prodesse potuit dicto Ioanni Baptista ueluti surreptitia & obreptitia, non facta mentione agnatorum extatium sine causa rationabili, sine licentia Principis saltē legitima, & ex defectu potestatis Comitē stante prima legitimatione, ut ex fundamentis aduersus eam sigillatim supra factis apparet, & in quantum Comes legitimauit Ioannem Baptistam iuxta tenorem
- 138 priuilegiorum sibi concessorum † dico quod talis relatio referri debet ad omnia contenta in priuilegiis, ad quæ cōmodè referri pōt absq; præiudicio iuris alterius, & quando sic referendo ad omnia non sequeretur absurdum, & cōtra iuris dispositionem, alioquin secus, ut habetur in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. per Bart. & alios Abb. in c. ecclesia. notab. 6. de electio. Berro. consi. 61. nu. 15. uol. 1. Rui. consi. 53. in fin.
- 139 uol. 3. † ubi dicit quod relatio non fit ad omnia, quando resultaret aliquid exorbitans à iure communi, ut per Arct. in l. 3. §. si filius. ff. de lib. & posthu. item licet relatio fieri soleat in specie, non in genere, tamen secus est, quando per specialem relationem absurditas insurgeret; tunc enim fit in genere, iuxta illud, mulier quæ damnauit, saluauit, ita Bar. Ang. & sequaces in l. Iulianus. ff. de heredi. instituend. & ponit Emilianus meus concius consi. 65. nu. 16. At in proposito nostro si fieret relatio ad legitimationem filiorum constituti in sacris, fieret præiudicium agnatis successuris ab intestato, & resultaret absurdum contra iuris dispositionem, & exorbitans à iure communi, nequaquam dicendum: † quia Princeps in dubio, uel eius Comes non censetur uoluisse tertio præiudicare. l. 2. §. merito. & §. si quis à principe. ff. nequid in hoc publ. nec auns. C. de emācip. liber. c. 2. de priuileg. Ruin. consi. 123. numero 16. uol. 3. Cephal. consi. 154. nu. 15. cum simili.
- 141 † & admittere tales filios esset contra iuris dispositionem authenticam ex complexu. C. de incest. nupt. ergo relatio quod ad hoc ad dicta priuilegia non debet ullo modo fieri,
- 142 † nec illa uerba in omnibus & per omnia, repugnant interpretationi prædictæ: quia cum non fuerit in petitione dictum, quod Zacharias esset subdiaconus, nec in sacris, sed quod erat solutus, & ex soluta genuerat Ioannem Baptistam, uerba prædicta Comitē legitimationis eum in omnibus & per omnia, iuxta tenorem priuilegiorum suorum referri debent ad cogitata per ipsum Comitē restringitque, nō autem ad ea quæ ignorauit, & silentio petentis inuoluta

involuta remanserunt, vt per Bal. consil. 159. super eo quod quaritur. col. 3. vol. 3. Crau. con-
 143 sil. 3. nu. 1. 1. tantumq; magis: quia verba gene-
 ralia Principis concedentis non comprehendunt ea, in quibus solet Princeps se difficilem reddere, vt ponit Io. Monach. in c. 1. gl. 3. super verb. nataliū, de fil. presbite. in 6. Bal. in c. 1. S. naturales. si de feud. fuer. cōtrouer. Veronens. consil. ultimo col. 2. Crau. consil. 172. num. 4. & in legitimandis talibus filiis spuris, sacrilegis, adulterinis, & incestuosus, vt erat dictus
 144 Ioannes Baptista, & quæ dicunt Rip. Niger & alii in l. 1. ff. de leg. 1. post Bal. Crot. & Cacialup. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. de consule ciuitatis, & Doctores de collegio, & nullus talis esse possit, nisi sit ciuis originarius, si quidem creatur aliquis ciuis in omnibus & per omnia dictæ Ciuitatis, bene Consul & de collegio esse poterit, procedunt in ea materia benignè, & non rigidè interpretanda,
 145 ex quo nullius præiudiciū in ea versatur, & ideo cum neminem lædat, benignior uia in ea sequenda est. l. 2. S. item Varus. ff. de aq. plu. arcen. sicque declarat Bal. consil. 183. statuto ciuitatis Veronæ. vol. 2. quem refert & sequitur Ias. in l. huiusmodi. S. legarum. numero 19. ff. de leg. primò.
 146 Ad sextum dico, quòd Summus Pontifex ita demum potest laicis subditis sibi ratione temporalis iurisdictionis ius eis quæsitum auferre, si causa concernat publicam & vniuersalem utilitatem, vt declarat Castr. in allegato consil. 283. in antiq. aliis 287. vol. primo, quòd meo iudicio nihil aliud est dicere, quàm quòd causa concernat publicam utilitatem principaliter, vt in casu. l. item si verberatum. S. 1. ff. de leg. primò.
 147 re iudi. & in l. Lucius. ff. de euictioni. & quæ loquuntur de prædiis militibus assignatis pro premio eorum: quia certarunt pro republica, prout alibi dicitur in S. 1. instit. de excusat. tutor. quòd qui pro republica ceciderunt in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur, quibus iuribus mouentur Doctores in variis locis, qui dicunt, quòd Princeps potest auferre ius tertii ex causa publicæ utilitatis, vt Fely. in d. c. quæ in ecclesiarum. col. 10. vers. causa autem, Oldra. consil. 224. col. 7. Castr. consil. 178.
 148 ad fin. vol. 1. & ubi dat exemplum remunerandi donatorem propter seruitia impensa Romano Imperio, in hoc enim versabatur utilitas publica principaliter, sicut & in remunerando quem bene meritum de republica, de quo Roma. consil. 310. & Natta consil. 522. nu. 29. & Bart. in l. quecunq; C. de fid. instrument.
 149 & iure has. fiscal. & ubi vult emptores rerum bannitorum à commune Perusi: cogi posse ad eas reddendum iuxta capitula Pacis initæ inter dictos bannitos & commune; quia in hoc versabatur utilitas publica principaliter,
 150 & ita prædictos doctores & alios quos citat aperte declarat & intelligit Crau. consil. 5.

num. 4. consil. 135. num. 21. & in trac. de antiq. tempor. prima parte, nu. 17. vt Decium consil. 361. col. pen. consil. 588. colum. 3. & Iasonem in l. Barbarius. colum. 6. vers. circa duas. ff. de offic. prator. At in casu nostro nõ video, quòd confirmatio legitimacionis & testamenti Ioannis Baptistæ facta per Summum Pontificem dicatur respicere publicam utilitatem principaliter sed priuatam; quia per eam tractatur de concedendo personis priuatis vocatis in testamento Ioannis Baptistæ, & auferendo suis agnatis pariter priuatis, & merito dici non potest id fuisse factum ob bonum publicum, vt declarat Ang. in l. Antiochensium. ff. de priuile. credito. Vnde succedit, quòd dicit Bal. in l. si. colum. 2. ff. de consil. princip. quòd Imperator non debet vnum altare discooperire, & alteri cooperire, sequitur Natta plenissimè consil. 152. nu. 4. & quòd dicitur in l. vel negare. ff. quemadmo. testa. aperi. quòd publicè interest suprema hominū iudicia exitum habere debet intelligi de favore publico secundario: principaliter enim fauor est vocatorum in eo, sic & alibi fauor publicus secundario consideratur per glo. post Imperatorem instrua. de his qui sunt sui vel alieni. iur. S. fin. & igitur remota causa publicæ utilitatis principaliter, sequitur contraria conclusio superius firmata, quòd Summus Pontifex non potuit iuribus quæsitis agnatis Zachariæ præiudicare sine causa, vt tenet Bar. & doctores in l. fin. C. si contra ius vel vtil. public. & in l. 3. C. de fund. patrimon. libro 1. Castr. consilio 156. viso. in fi. Anc. consil. 252. Ang. consil. 139. visis. colum. 2. Alex. consil. 3. col. 2. & consil. 89. col. 3. uol. 5. Dec. 154 in d. c. quæ in ecclesiarum. num. 31. & Et licet Ang. in l. item si verberatum. S. 1. ff. de rei vindicat. contrarium voluerit, quando Princeps de plenitudine potestatis id fecit, subdens, quòd mentiuntur, qui contrarium dicunt, sequitur Soc. consil. 83. vol. tertio, Dec. consil. 198. & consil. 252. Curt. Iun. consil. primo, & consilio 138. Gozad. consilio 5. Cephal. 155 consil. 12. num. 19. & Tamen ex multis Angelum taxat Crau. consil. 241. colum. 4. deinde num. 20. subdit, quòd non ut Ang. loquutus est, sed vt homo mendax, nam contra eum 156 est communis opinio, & quòd ex infinitis affirmat Antonius Gabriel. Romanus in suis conclusionibus libro tertio, in tit. de iure quæsito non tollendo, conclus. 1. colum. 2. & Mo. 157 dèni Galli post Dec. consil. 269. & dicit illud Ang. dictum esse falsum & adulatorium, sicut & illud quod inquit Natta consilio 512. nume. 158 ro 19. & Si aliquod motiuum etiam leue mouet Principem posse eum de plenitudine potestatis facere, quòd ei libet, iuxta illud antiqua si libet, licet; cum Connanus in Commentar. suis iur. ciuilib. lib. 8. cap. 4. col. 3. scriptum reliquerit, licere quòd honestum est, quòd consuetum & à bonis obseruatum, vnde Cicerò Philippica.

Philippen. 13. Licere id dicimus, quòd legibus, quòd more maiorum, institutisque conceditur: neque enim quòd quisque potest, id ei licet, nec si non obstat, propterea etiam permittitur. Et cum potissimè idem Natta in allegato consil. 268. num. 4. requirat talem causam, quæ respiciat bonum publicum, nec sanè probare possum Nattæ priorem sententiam, licet ab alijs excogitatum, qui dixerunt, quod cuique libet, id eum facere posse. nam placere & liberæ voluntatis sunt, & libidinis vocabula, non rationis & consilii. Itaque Anaxarchus, cum discrucietur, Alexander Clitum à se occisum esse, fertur dixisse, sine causa eum discrucietur de Clito, quem iure occidisset. Veteres enim omnes memoriæ prodiderunt, Iustitiam Ioui deorum principi semper assidere, vt sciremus, quicquid Regi placuisset facere, aut dicere, id iustè factum, dictumque esse. Nam, vt respondens inquit Connanus in comment. suis lib. 1. ca. 16. col. 8. Capitalis sanè sententiæ reus Anaxarchus & dignus fuit, qui tantam quam Alexandro dabat potestatem in se experiretur. Quin immo, vt ad nostros redeam, dixit eleganter Bal. consil. 345. ad euidentiā præmittendum est, quod Imperator. col. 2. volu. 1. quòd & clausula de plenitudine potestatis, intelligitur de potestate bona, & laudabili, non vituperabili vel tyrannica: nam non debet Princeps posse, nisi quòd de iure potest, & quòd ista temeraria & abusiua cautela, qua hodie Principes vtuntur in suis rescriptis, deberet in totum eradicari ab Aula, nec ita in vtu frequentari, & vtque scribit idem Bald. in c. 1. de feud. March. Princeps auferens ius alterius de potestate absoluta sine culpa, dicitur tyrannus; quia plenitudo potestatis non tribuit aliquid iniquum. quòd dictum refert, & sequitur Curt. consil. 16. col. 9. in fi. consil. 35. colum. 9. consil. 74. colum. 28.
 161 in princip. & Nam debet intelligi plenitudo potestatis Imperatoris, aut Papæ, clauē discretionis non errante. glof. secunda in capit. quanto de iureiur. in cap. non est. de uoto. Ias. 162 consilio 233. colum. 8. uolum. 2. & ubi Princeps vtitur plenitudine potestatis in re iniusta, non dicitur plenitudo potestatis, sed plenitudo tempestatis, vt inquit Card. Mediolanen. in clem. pastoralis. de re iudic. quem sequitur Socinus consilio 164. colum. penul. volum. 3. Fulg. eo prior consilio 61. col. penul. Car. consil. 73. col. 29. Neuizan. consil. 12. col. 26. inter consilia Bruni, quos omnes cumulat Crau. consil. 241. sub nu. 20. & de his quoque postui consil. 18. num. 119. cum sequentibus,
 163 & quibus vt aliquid addam, non omitto, quòd egregiè scribit Fernandus Vasquius in libro suo primo controuerfarum illustrum. c. 5. nu. 16. col. 2. quòd princeps de plenitudine potestatis efficere nequit, vt cessante publica utilitate & necessitate res mea mihi auferatur, per hoc enim mihi fieret iniuria & violentia. Quæ

res longè aduersantur iuri & naturæ meri principis, qui vt profit, & tueatur, non vt oblit, & lædat, creatus fuit & deinde subdit, quòd plenitudo potestatis ad malum, & ignuriam non extenditur, illa enim nõ potestatis, sed tempestatis plenitudo foret, vt multi dicunt, quos citat & præter quos alii non desunt dicentes, quòd dicta clausula non operatur, vbi tractatur de præiudicio notabili tertii, sic autè Bal. scribit in præiud. Feud. col. 14. vers. Item dicit. Soc. consil. 164. colum. 3. vol. 2. Grat. respon. 158. col. pen. volum. secundo, Soc. consil. 120. colum. 2. vers. Sed ista. volum. 3. Dec. consil. 198. numero quarto, consilio 373. colum. pen. versiculo Non obstat. consilio 544. num. 36. consilio 606. colum. fin. consil. 644. colum. fin. & consilio 689. columna 2. cum aliis à me cumulatis consilio quinto numero. 232. quibus addo Senat. Pedemont. decif. 239. numero 9. & plura id genus cumulat Crau. in Trac. de antiq. tempor. in prima parte numero 25. & 26. ad quem in gratiam breuitatis me remittit. & Non sequitur igitur, vt concludam, Papa confirmauit legitimacionem, testamentumque Ioannis Baptistæ, volens ea valere, & obseruari, ceteraque disposiuit, de quibus supra, ergo firma remanere debent. cum hæc facere non potuerit in præiudicium agnatorum, quibus per mortem Zachariæ ius erat quæ situm. & Nam prudentissimè dixit Boetii libro quarto de consolatione philosophiæ, quòd duo sunt, in quibus omnium humanorum actuum constat effectus, potestas scilicet & voluntas, quorum si alterum desit, nihil est, quòd perfici possit: quia nullus aggreditur, quòd non vult, & si potestas absit frustra est voluntas, sequitur Baldus consilio 326. Rex Romanorum. uolum. primo Barb. consilio 66. inter consilia Bruni. Dec. consilio 198. colum. secunda versiculo Prædictis. Socin. Iun. consil. 72. numero 12. uolum. primo, consilio 94. numero 44. consil. 120. numero quarto, consil. 183. numero 8. uolum. secundo, consilio 118. numero 13. uolum. 3. Rolan. à Valle consilio decimo, numero 8. uolum. tertio, Ceph. consilio 220. numero 34. Menoch. consilio 103. numero 51. & hisque duobus demum concurrentibus sequitur actus perfectio. capitulo cum super. de officio delegati, l. multum interest, cum ibi nota. C. si quis alteri. cum similib. per Tobiam Nonium consilio. 72. nume. 10. Et hæc sit prima responsio 6. contrario.
 Secundo, dato sine præiudicio ueritatis, quòd Summus Pontifex motus fuisset ex causa publicæ utilitatis apparente, & ita demum potuisset agnatis Zachariæ ius quæsitum auferre, & illis præiudicare soluto eis præiudicio, & ualore rerum ablatarum, & æquiualente recompensatione eis præstita, ita uoluit Archid. in capit. per principalem 9. quæstione tertia, & fuit de mente Ioan. Andr. Hippo. Rim. Tom. 2. Hh in

in additio. Specul. in tit. de execut. sentent. ad finem rubr. quatenus vult, quod quis cogatur vendere solum proprium ob publicam vilitatem l. 1. §. sunt qui putant. ff. ne quid in loc. pu
 170 bli. quos citat. † ponderandus est enim diligenter dicens, quod cogitur vendere, nō autem rem donare, vel quod solum ab eo gratis auferri possit, idemque tenet Bartol. in l. finali. §. finali. ff. de pignor. actio. dicens, quod ubi per officiales capiuntur res priuatarum personarum, debet eis solui de publico merces. Iacob. de Aret. Cyn. & Bal. in litem si uerbera
 171 rum. §. 1. ff. de rei vindic. † dicentes in illo text. pretium fuisse æquale rei, licet ibi dicatur, modico honoris gratia possessori dato, quia ab eo inuito res extorta fuit, l. nec quasi eodem titulo, idemque tenet Alberi. in l. quories, columna secunda. C. de precib. imper. offeren. Angel. consilio 139. visis omnibus statutis. columna secunda. Alexand. in l. 1. columna penultima. ff. soluto matrimonio. Fely. in d. c. quæ in ecclesiarum. numero 21. versicu. Prima declaratio. & Dec. num. 26. Ias. in l. Barbarius. nume. 26. ff. de offic. prætor. Luc. de Pen. in l. 2. in fine. C. de nau. noni excus. libro vndecimo,
 172 † ubi vult hoc procedere dato quod res ab lata pereat: quia perit Reipublicæ, non autem domino, & idem voluit Castr. in l. fi. C. si contra ius. columna prima. Dec. consilio 357. columna penultima. Crau. consilio 95. nume. se primo. Marfil. singul. 634. Paris. consil. 1. in fin. volum. primo. Bero. consil. 76. nume. 24. uol. 1. Menoch. de arbitra. iud. libro primo, centuria prima quæstione 48. nume. 9. Anton. Gabriel. in suis conclusionibus libro tertio, de iure que fito non tollendo, conclusione secunda nume.
 173 ro 25. plures adducens, † & de condigna recompensatione loquens Vasquius loco citato nume. 16. Celsus Hugo consil. 120. numero 87. & seq. Arius Pinellus in rub. C. de rescind. vendit. prima parte, capitulo secundo, numero 14. Francif. Bursatus consilio 54. numero 22. Menoch. abundè cumulans consil. 103. numero 26. Rui. consilio 31. in fine, volumine quinto. Soc. Jun. consilio 120. numero 35. volumine secundo. Cagnol. in proç. sforum in princ. numero 42. Bellon. consilio secundo, numero nono. Cephal. consilio 133. numero 109. & latissimè tenentes hanc partem Roland. à Valle consil. 69. per totum, uolumine secundo, & consil. 71. uolumine tertio, Nattaque consil. 554. per totum
 174 † præ ceteris adducentes duo iura, uidelicet, tex. in l. 2. C. quibus ex caus. serui pro premio lib. acci. ubi serui qui in publicum detulerint monetarios adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercetes libertatem consequuntur, soluto tamen pretio dominis seruorum à fisco, & in l. si quando. C. de oper. public. ubi secundum Rom. consil. 310. col. 1. est casus expressus, quod gratia publicæ vtilitatis domus priuatorum possunt auferri, & dirui, dummodo pre-

tium detur dominis earum † sed & pulchra ratione confirmatur, quam deducit Natta loco citato col. 2. nam si non præstaretur æstimatorio eis quorum res auferuntur ob publicam vtilitatem, sequeretur absurdum, quod ipsi soli sustinerent publicum munus, quod ad principem spectat, uel excusso principis ære ad reliquos omnes collecta imposita, ita ut à summis usque ad infimos sarcina decurrat. l. 1. C. quib. mun. nemi. lic. se exc. & sic ipsi quorum res erat pro aliis grauarentur, & soli totam sarcinam ferrent, quod est valde iniquum, & inhumanum,
 176 vt per eum, † Quare patet hanc opinionem & esse verissimam, & communiter receptam, licet quidam pauci cōtradixerint, ut Boss. in tracta. suis criminalibus titu. de principi. nu. 190. post Abbatem & Andr. Sicul. quos citat Ias. in l. quoties. col. 4. vers. Nota tamen. C. de rei vindicatio. & in l. fin. col. fi. ff. de pact. quem citat Gabriel. loco citato conclusione prima nu. 13.
 177 † & prior eis glo. in l. si locus. in fi. ff. quem admo. serui. amitt. dicens non obseruari, quod restitui debeat pretium viæ domino, cui auferitur, quam sequuntur Alber. & Castrenf. & Veronens. de seruit. urba. prædio. cap. 24. † nam quod attinet ad Abbatem, Siculum & Bossiū, quid tot enumeratis ob stare possunt in iudicando, uel consulendo? verè nihil, cum nō sit à cōmuni recedendum. c. 1. in fi. ubi notant oēs, de constitutio. cum similibus per Antonium mariam Corratium in præfatione sui tractat. de communi opinione. numero 27. cum sequentibus, † Ias. uerò loquitur in beneficiis, & de Pontifice, qui in eis amplissimam, & absolutam habet potestatem, ut illemet subdit, & amplè docet Dec. in dicto capitulo quæ in ecclesiarum. numero 32. & consilio 341. numero nono, post alios quos citat; Vnde magis tolerari posse videtur casu, si non tenetur recompensare clericum,
 180 qui auferat beneficium, † nos autem loquimur de bonis profanis laicorum, de quibus Papa non potest liberè disponere, siue sint laici subditi, siue clerici, ut per Abb. & alios in capitulo constitutus. de relig. domi. ubi dicit, quod non recordatur alibi legisse, & idem tradunt Butri. & Abb. in capitu. cum dilectus. de iure patrona. Castrenf. consil. 283. columna finali, in antiq. aliàs consilio 287. uolumine primo, in nouis. consilio 158. in fines in antiq. aliàs consilio 46. uolumine secundo, in nouis. Hieronymus Zanetinus in tracta. de differen. inter ius canonicū & ciuile nu. 118. & Curt. consilio 65. nume. 15. meritò non potest eis auferre ius suum, licet ex causa, sine
 181 condigna recompensatione, † & ad gl. in d. l. si locus. respondet in primis And. de Iern. in capitulo primo, §. post natale. in fin. de pace tenen. quem sequitur Afflict. ibi col. 2. Ias. consil. 46. columna 3. uolumine 3. & in l. finali. C. si contra ius. columna 2. Roch. de Curt. in c. fin. de

de consuet. Rolan. à Valle consil. 69. nume. 46. volu. 2. & Natta consil. 554. nume. 27. quod in quantum dicit contrarium à fisco seruari, quod pretium non reddatur, subiiciendum est & 182 malè † Confirmantque Roland. & Natta: quia consuetudo mala, lex mortis appellatur. ideoque venit extirpanda. c. mala. 80. distinctione. Hinc Afflict. decisio. 321. nume. sexto,
 183 † inquit, quod consuetudo fodendi metalli in solo priuati non soluto pretio: quia reprobata, & contra ius naturale, non valet, & Albericus in l. venditor. §. si constat. ff. commun. prædio. dicit, quod si esset consuetudo, quod quilibet possit in agro meo lapides cedere sine solutione alicuius pretii, non valeret:
 184 † quia nec rescriptum Principis valet, quod in totum absorbet ius alterius. l. quoties. C. de precib. impera. offeren. ergo nec consuetudo, subditque quod talis consuetudo repugnet iuri naturali & gentium, quæ induceret, ut rem meam possit alius tollere pro nihilo, ideo non valet.
 185 † Secundò posito quod bene loqueretur illa glo. tamen intra cancellos suos est restringenda, quod procedat in casu illius. l. ubi vicinus sperabat commodum alluuiouis fluminis, quod uiam abstulerat, ideo nimirum si damnum sine alia recompensatione sentire debebat, ut ibi Flor. pulchrè perpendit, & sequitur Roland.
 186 à Valle loco citato nume. 48. † Nec, ut addit Natta nume. 66. sequitur, ut sicut in eo casu seruatur, ut pretium non soluatur ei qui præstat uiam per agrum suum, pariter in alio casu pari vel grauiore seruari debeat, cum consuetudo sit stricti iuris, & de re ad rem non extendatur, sicut nec pactum. Bald. in cap. primo, in fine de feud. cognit. † Nec in genere sed in eadem specie consuetudo probari debet, ut Odra. tradit consilio 237. perspectis. in primo dubio. sequitur Alex. consil. 6. uolum. sexto. Fely. in cap. auditis. columna octaua, de præscr. Anchara. consilio 339. col. quarta, & ita remanet hæc secunda responsio bene firmata circa sextum contrarium superius tradita.
 188 † Tertia responsio adferri potest, quod dictis agnatis præiudicari non potuit in iure sibi quæsitò, quia citati non fuerunt, licet enim super hoc sint opiniones uariæ, tamen communior est, & verior opinio, quod non potuerint priuari non citati à summo Pontifice procedente in ciuilibus licet de plenitudine potestatis, ita concludunt Butr. & Imol. in clem. pastoralis. §. cæterum. ubi est etiam casus, de re iudica. nam Pontifex expressè declarat ibi, quod etiã in subditum princeps non potest de plenitudine potestatis suppleere defectum citationis; quia esset auferre defensionem, quæ est de iure naturali. † & licet tex. loquatur in causa criminali, & graui, tamen dicunt Butri. & Imol. idem iuris esse in ciuilibus grauius, in quibus agitur de auferendo iure quæsitò de iure gen-

tium. Nam ratio illius tex. in qua se fundat Pontifex est generalis, scilicet quod citatio tolli non possit: quia tolleretur defensio de iure naturali, † Vnde licet dictum sit speciale ampliatur ex ratione generali. l. cū pater. §. dulcissimis, & ibi Bar. ff. de leg. 2. Bartolus, Baldus & alii in l. 1. ff. de iur. & fact. ignoran. Iason in l. id quod. nume. 7. ff. de lega. primo. Dominus meus Riminaldi. consil. 371. nume. 2. Crau. consilio 227. columna secunda, & hanc opinionem pariter Card. Florent. probat in c. 1. de caus. pos. & proprietat. Abb. in cap. cum olim. de re iudic. † motus quia cum citatio sit de iure diuino. c. Deus omnipotens. 2. quæstione prima. contra istud præceptum negatiuum, quod procedi non possit parte non citata in casu, in quo causæ cognitio verti potest, Papa uel Imperator non dispensat: quia nunquam tali præcepto reperitur in l. diuina dispensatū, iuxta notata per Imol. & Doctor. in c. quæ in ecclesiis. de constitutio. Idem quoque tenuit Bal. & Castr. in l. fina. C. de legi. Ang. in l. princeps. ff. eod. Cardina. Mediolanen. in d. clem. pastoralis. latè & subtiliter Ioan. Monac. in extra uag. Bonif. 8. quæstione, quæ incipit. cum non nouam. & plenè Soc. consil. 120. col. pen. uol. 3.
 192 & inter consilia Bruni consil. 7. col. pen. † ubi concludit, quod hanc partem tãquam communiorē & rationabiliorem sequi debemus, maxime ne plenitudo potestatis causâ sit non leuis.
 193 iniquitatis, pauloque supra dicit, quod opinio contraria tenentium, quod non requiratur citatio, procedit in casibus in quibus Papa potest sine causa præiudicare, scilicet quando non potest, sicut quando uult dominium de iure gentium acquisitum auferre, nec in prædictis tantum locis Soc. hæc opinionem tenuit, sed & in aliis cumulatis per Crau. in trac. de antiq. tēp. in 1. par. nu. 8. & consil. 5. col. 2. qui idem probat sicut & Dec. consil. 528. col. 2. in fi. Tobias Novius consil. 88. n. 20. † qui pariter testatur hæc opinionem ueriorē esse, communiorē, & præualere post Claud. Aquens. in l. ut uim. ff. de iustif. & iure. & Fely. in c. cum olim. nu. 12. ff. de re iud. Et idem concludit amplè Aret. consil. 163. sicut Ioan. secundo dubio. nu. 13. Bursat. cōf. 32. n. 52. & Io. Baptista Villalobos in suis communibus opinionibus, uer. Princeps. n. 295. Et ex prædictis remanet primus articulus absolutus sublati omnibus contrariis ut supra.

Nunc ad secundum transeo, uidelicet an ad hæreditatem Do. Zacharię sint admittendi D. Franciscus & frater de Morandis uenientes ab intestato, uel potius substituti in eius testamēto.
 195 † Et prima consideratione dicendum uideatur, substitutis locum esse debere: quoniam dictum fuit, quod si Ioannes Baptista quocumque decederet sine liberis, bona testatoris peruenire debeant ad Ioanē Iacobū nepotē ex fratre & alios gradatim nominatos; hæc enim fra-

sub conditione mortis per illa verba quando-
cunque decederet sine liberis, vt not. Barto. &
ceteri. in l. Centurio. ff. de vulgar. & pupil. & in
l. præcibus. C. de impub. & aliis substitu. & ibi
196 dixi. † quæ sub se continet vulgarem, vt per
Bar. in d. l. Centurio. nu. 11. vers. quæro vtrum
in compendiofa. cum similit. vt ibi tradit Alex.
penult. car. qui communem testatur, idemque
tenet consilio primo, columna prima, confi-
lio 131. columna prima, volumine primo, confi-
lio 13. volumine quarto. Fulgo. confi. 33. Bal-
confil. 443. quidam Nicolaus. volum. 4. Deci-
confilio 416. colum. 2. Dominus meus Rimi-
naldus consilio 19. nume. 11. conf. 106. nume-
197 ro quarto, & confi. 433. num. 14. † At vul-
garis continet caput impotentie nedum nolun-
tatis. l. cum proponas. C. de hæredi. instituen-
quæ quidem impotentia verificatur in casu in-
capacitatis, vt quod institutus esset spurius, vt
declarat Bar. in l. 1. col. 2. ff. de vulg. & pupil. &
in l. 3. §. ff. de libe. & posthum. & ibidem Ias.
col. prima. Curt. confi. 75. colum. si. meritò per-
empto primo gradu institutionis Ioannis Bap-
tistæ propter eius incapacitatem, locus fuisse
videtur vulgari, ad cuius valorem, vel essen-
tiam non est necesse primum gradum valere,
immo si primus gradus est nullus, & deficiat,
quia institutus sit incapax, locus est substitutis
198 vulgariter, vt declarat Ias. in d. §. ff. † & ita vi-
detur in terminis determinare Ang. confi. 204.
quidam Bartholomæus. colum. si. vbi si legiti-
matio filii declaratur inualida, & in testamen-
to fuerit ei facta compendiofa, si decesserit si-
ne liberis, concludit sub ea vulgarem compre-
hendi, quæ continet, si hæres non erit, vel esse
non poterit, & ideo filio non existente hærede
velut incapax substitutum admitti ex vulgari
contenta in compendiofa, & illam decisionem
Angeli sequitur ad vnguem Soc. Iun. cõf. 106.
nume. 20. vol. 1. qui paulò supra pariter allegat
199 Corn. confi. 320. vol. 4. † tenentem compen-
diosam factam quandocunque institutus sine
liberis decesserit, ad omnem casum vulgaris ex-
tendi, & ad idem deseruire videtur optimè
Capra consilio 2. nume. 20. vbi si annulletur in-
stitutio filii, substituti præferuntur venientibus
ab intestato.

Secundò principaliter accedit, quòd sub-
stituti dati fuerunt dicto Ioanni Baptistæ, si de-
cesserit sine liberis, aut non facto testamento,
quæ conditiones amba purificatæ videntur,
prima quidem: quia liberos non habuit,
200 † item secunda quia licet de bonis paternis
testatus sit, tamen quia non potuit velut inca-
pax, dicitur intestatus quòd ad ea decessisse, vt
determinat in simili casu Soc. consilio 92. co-
lumna penultima, versiculo. Tertia succedit.
uolumine tertio, per tex. in §. quod autem.
Instituto. de legit. agna. tutel. sequitur Paris.
consilio quadragesimo quarto, numero 18. vo-
lumine tertio.

201 † Tertio nos habemus, quòd promissio re-
statoris facta in vnum casum procedit & in alio,
in quo testator uerisimiliter idem dispo-
suisset, si de eo cogitasset, & de illo fuisse in-
terrogatus. tex. est notabilis, vbi sic dicunt Bar-
tol. & alii maximè Ias. notabili primo, in l. Ti-
tius. §. Lucius. ff. de libe. & posthum. & in l. tale
pactum. §. fin. iuncta glo. ff. de pac. Curt. confi-
lio 51. columna secunda, versiculo Confirman-
tur, sed in casu nostro Zacharias voluit impri-
mis omnia bona sua ante omnes alios pertine-
re ad Ioannem Baptistam filium, & vbi de-
cederet sine filiis, & sic habere, & tenere non
posset bona prædicta, ante omnes alias perso-
nas vocauit substitutos, quos omnibus præfer-
lit, dixit autem forte post mortem Ioannis Bap-
tistæ: quia credidit eum rectè institutum;
202 & capacem hereditatis, † filiosque suos in
conditione posuit: quoniam credens eum iure
petiturum hereditatem, voluit eius filiis refer-
uare ius legitime successione, sed si testator
cogitasset illum esse incapax, & non posse
eius hereditatem consequi, certè uerisimile
est, quòd statim uocasset ipsos substitutos, què
admodum uocauit eos post mortem filii, vt sic
in omnem euentum remoto filio ceteris essent
præpositi, meritò per hanc rationem præferri
debent, quam in casu suo huic nostro confor-
mi potentissimam appellat, & ita per eam de-
terminat Soc. Iun. in allegato conf. 106. col. 3.
uolumine primo.

203 † Quarto prædictis accedit, quòd testator
aliquos de substitutis grauauit ad pias causas,
ut Do. Lauram ad dispensandum. scutos cen-
tum singulis annis ad maritandum domicellas
& post eorum mortem uocauit montem Pietatis
cum eodem onere maritandi domicellas,
uel in monasterio collocandi, & moniales
conuertitas sanctæ Lucie, & sancti Rochi
quibus ita stantibus, posito quòd res esset
dubia, qui præferri deberent, an substituti,
seu venientes ab intestato, dicendum

204 videtur substitutis locum esse debere, † quo-
niam summa ratio est, quæ pro religione fa-
cit l. sunt personæ. ff. de religio. & sumpt. fun-
per quem tex. communiter notant Doctores,
in dubio semper eligendam esse eam partem,
quæ religioni, & piæ causæ fauet, vt tradit
Alexander consilio 190. in fine, & confi. 204.
numero decimosextimo, uolumine sexto.
Vnde dicebat Romanus in authentica simili-
liter. C. ad legem falcidiam, primo & secun-
do speciali piæ causæ circa iudicia, quòd ex
pluribus probationibus, vel sententiis rep-
ugnantibus, illa præualere debet, quæ fa-
uet piæ causæ, sequitur Ioannes Baptista Af-
nius in d. l. sunt personæ. circa finem. Igitur
dicere debemus, substitutis primis esse debe-
re locum, vt subinde substitutiones secun-
dæ ad pias causas factæ locum habere possint,
205 † aliàs primis sublatis illæ dependentes ab

cis

eis pariter corruerent, vt per Oldradum conf.
21. Dec. confi. 95. colum. pen. confi. 387. col. 2.
Paris. confi. 74. nu. 17. vol. 2. quare concludi pos-
se videtur pro substitutis aduersus venientes
ab intestato.

206 † Nihilominus ulterius ac diligentius con-
siderando dico venientes ab intestato substitu-
tis præferendos esse, moueor. Nam cum legiti-
matio Ioannis Baptistæ fuerit nulla velut
subreptitia & obreptitia, & aliis rationibus,
supra memoratis, institutio quam facit Za-
charias de Ioanne Baptistæ filio suo tamquam
legitimato pariter nulla fuit, & pro non scri-
pta reputatur, hæreditasque pertinet ad venie-
tes ab intestato veluti quòd error fuisse dica-
tur in causa finali, † quia si pater sciuisset

207 legitimatorem non valere, illum non insti-
tuisset, ita determinat Castren. in l. eam quam
columna secunda, per illum textum secun-
dum lecturam Azonis. C. de fideicommiss. &
post eum Ias. ibidem Dec. consilio 176. colum-
na secunda, consilio 288. columna prima, confi-
lio 453. in fine, & consilio 463. columna pri-
ma. Corn. consilio primo, columna decima,
uolumine tertio. Cror. in l. qui Romæ. §. duo
fratres. columna septima. ff. de verborum ob-
ligatio. Soc. Iun. consilio 99. numero 34. volu-
mine secundo. Paris. consilio 12. numero 227.
uolumine secundo, & Ioan. Durant. consilio
174. uolumine primo, diuersorum ad ultimas

208 voluntates, † & pulchrè de arte testandi rit.
primo, caut. fin. vbi dat remedium, quod pater det
filio licentiã, quòd iterum faciat se legitimari
quatenus opus sit, & cum capere poterit faciat
eum heredem, quorum primum licet fecerit te-
stator in casu nostro, secundum tamen nequa-
quam. Et cum prædictis etiam concordat Mat-
thæus Brun. confi. 175. nume. 39. eodem volu-
mine primo, diuersorum ultimarum volun-
tatum, qui citat etiam Tiraq. in tract. cessante
causa, in prima parte nume. 118. idem tenen-
tem, idemque voluit Iacobus de Zochis suo
tempore cuius noster Ferrariensis in repetitio.
cap. per venerabilem. qui fil. sint legitimi. Ro-
landus à Valle consilio 22. numero decimo,
uolumine tertio.

209 † Simile videmus in instituto tanquam
filio adoptiuo, nam si non valebat adoptio,
vitiatur institutio, & ad venientes ab intesta-
to pertinet successio. l. nec apud. & ibi Docto.
C. de hæred. insti. Ias. in l. neque professio. co-
lumna secunda. C. de testamen. vers. Ex secun-
do dicto. Ang. in d. l. eam quam. & confi. 93.

210 uifs. Ruin. confi. 63. nu. 8. volum. 2. † sicque
regulariter respondit Andr. Sicul. heredis insti-
tutione vitiari ex falsa causa, in confi. 27. col. 7.
uol. 1. quem refert Menoch. cõf. 91. nu. 45. Vn-
de cum Ioannes Baptista fuerit institutus tan-
quam ualidè legitimatus & capax, & talis non
esset existente legitimatone nulla, sequitur, ut
institutio corrueat.

211 † Secundò considerandum est, quod substituti
uocati sunt, quandocunque Ioannes Baptista
decederet sine filiis, & sic in casum, quòd exclu-
deretur ab hereditate propter defectum filio-
rum, at ipse priusquam decederet cum filiis,
uel sine fuerat exclusus ab hereditate propter
eius incapacitatem, meritò substituti non de-
bent admitti uelut in hunc casum non uocati

212 † secundum regulam satis in substitutioni-
nibus notam, quòd semper dici potest, hoc ca-
su non loquitur substitutio, & qui uult dicere
substitutionem includere aliquem casum, uel
personam, id ostendere debet, ita uoluit Io.
Andr. in additio. Specul. in titul. de testam. §. 1.
uersic. occurrit. in fin. cum aliis per Soci. ad hoc
cumulatis confi. 63. col. 3. uers. & in primis, uo-
lum. 1. confi. 62. nume. 6. uolum. 3. quem refert
& sequitur Socin. Iun. consilio 102. nume. 23.
consilio 118. uolum. primo, consilio 4. nume-
ro 13. & consilio 64. nume. decimo, uolum. 3.
Crauet. confi. 161. nume. 16. confi. 208. nu. 3.
Ias. confi. 29. colum. pen. confi. 30. col. 2. uol. 3.
Rube. confi. 28. nume. 2. confi. 31. nume. 4. Go-
zad. confi. 21. nume. 8. confi. 29. num. 13. Paris.
conf. 38. uolum. 1. confi. 31. nume. 6. uol. 2. Me-

213 noch. confi. 97. nume. 49. † ubi uult hoc pro-
cedere, siue nos agamus de directa, siue de fidei
commissaria substitutione, sed ulterius etiam
procedit, si diceretur, quòd testator tacite uo-
luerit casum, qui contigit includere, uel men-
214 te hoc cogitauerit; † quoniam non sufficit te-
statorum aliquid uelle, uel mente cogitare, ni-
si id aliquo modo disponat. l. quidam cum fi-
lium. ubi Bal. & Imol. ff. de hæred. institu. cum
similibus ad hoc cumulatis per Soc. Iun. confi.

215 lio 111. nu. 28. uol. 1. † Nec eo uelameto pos-
sunt admitti substituti, quòd dici solet, substi-
tutionem uulgarem in unum casum conceptã
ad alium extendi. l. Gallus. §. & quid si tantum.
ff. de libe. & posthum. & ibi Bar. & Ias. notab. 2.
Bar. in l. 1. col. 3. ff. de vulg. & pupil. quoniam
uerba testamenti Zachariæ repugnant huic ex-

216 tensioni, † quæ dicunt (all' hora, & in quel ca-
so) talis enim clausula tunc & eo casu, substitui-
tioni adiecta sic ad casum expressum eam re-
stringit, & limitat, ut ad alium contingentem
nò extendatur, sed ea cesset omnino, ita uoluit
Anchar. confi. 356. col. 2. ubi dicit, quod dicta uer-
ba uidentur omnes casus excludere, quos com-
plectitur substitutio uulgaris, sequitur Dec.
confil. 314. columna secunda, consilio 332. &
consilio 433. numero 8. sicut & in l. quamuis.
C. de impube. & aliis substitu. & prior eo Ro-
manus ponit confi. 131. & in additione ad eum
latius Horat. Mandos. Ioannes de Anna. confi-
lio 66. colum. 3. Bald. pulchrè confi. 57. col. 2.
uol. 2. in nouis latè Crau. confi. 98. num. 5. & 6.
post Rube. consilio 32. colum. secunda. Ruin.
conf. 31. nume. 10. uol. 3. Paris. confi. 92. nu. 10.
uol. 2. Gozad. confi. 3. nu. 23. Soc. confi. 5. col. 2.
uol. 3. Alban. confi. 1. nu. 17. confi. 21. nume. 3.

Hh 3 confi-

consilio vigesimo sexto, numero quinto, & consilio 30. numero secundo, Rip. in l. 1. numero 96. ff. de vulgar. & pupillar. Socin. Iun. consilio finali, ad finem, volumine secundo, Zanch. in l. heredes mei. S. cum ita. num. 1049. ff. ad trebellia. Roland. à Valle consilio 59. numero 17. meo decimo, volumine tertio, † post Soc. cons. 259. col. 3. volumine secundo, dicentem, quod huiusmodi dictiones stant taxatiuè, ita quod substitutio non extenditur ad alium similem casum, cum de natura dictionum taxatiuarum sit excludere alios casus præter inclusum, idem que tenet Natta cons. 676. num. 4. Tobias Nonius cons. 12. nu. 7. & alios curiosus lector poterit inuenire, qui omnes sequuntur Ancharanu. nu. 45. contra senserit. & Alciat. lib. 3. de verb. signifi. axioma. 3. quibus vt longè paucioribus

219 non assentio, † tantoque magis sibi contrariis, vt est Rui. in d. cons. 3. i. nu. 10. volum. 3. & Alciat. respon. 528. nu. 4. qui tenent cum supra deductis, quibus accedit Boer. decif. 28. col. lum. fin. † dicens substitutione facta cum illis verbis, tunc & eo casu, dispositionem testatoris non verificari, nisi conditionibus in forma specifica impletis, † & Ioan. Duran. de arte testan. tit. 5. caut. 16. ad fin. dicens substitutione facta duobus, si ambo moriantur sine liberis, tunc & eo casu & c. extremum diem vtriusque hæredis expectandum, nec substitutum admitti, nisi vtroque hærede sine liberis moriente; hæcque conclusio tanto magis confirmatur: quia testator in substitutione se retulit ad tempus mortis Ioannis Baptista dicendo (in qualonque tēpo mancasse senza figlioli) at si nos extenderemus substitutionem ad incapacitatem Ioannis Baptista, cum illa semper fuerit in eo licet viuente longè priusquam moreretur, † sequeretur, quod substitutio illi facta sub vno tempore, scilicet mortis extenderetur ad aliud tempus, videlicet vitæ, contra tex. in l. si quis ita, & in l. si mater. S. ff. de vulg. & pupil. & vtrouque notat Bar. Cast. Alex. Iaf. & omnes Ruin. in d. S. & quid si tantum. nu. 223 me. 41. † vbi dicit, quod conditio restricta ad tempus, non potest extra tempus purificari, & idem melius sub num. 83. vbi dicit, quod quando tempus expressum in substitutione nõ est de natura eius, nec inest, vbi non exprimitur; tunc quia fuit aliter expressum, quam inest, stat taxatiuè, & aliter statuere non potest, idè extra illud tempus non extenditur, substitutio iuribus citatis. Sic enim dici potest in hac substitutione facta Ioani Baptista, quancumque decederet: mors enim sua non erat de natura substitutionis, nec inerat, si non fuisset expressa, sed substitutio pura fuisset, siue vulgaris eo non existente hærede, † siue fideicommissaria eo aduente, & retenta vna tantum quarta fuisset grauatus restituere, iuxta not. per Bar. Ang. Castr. & omnes in l. Papi-

nianus. S. meminisse. ff. de inofficio. testamen. & per scribentes in cap. Raynuius. de testam. meritò dicta substitutio cum expressione temporis mortis suæ facta non debet ad tempus vitæ suæ porrigi, nec in eo verificari, † & cū prædictis etiam pulchrè concordat in terminis substitutionis Alciat. respon. 559. colum. 2. vbi concludit, quod licet sint aliqui casus, in quibus licita est extensio, & casus ommissus habetur pro expresso, de quibus per doctores in dicto S. & quid si tantum. & in d. l. 1. ff. de vulg. 226 & pupil. & alibi, † tamen in tempore dicunt Doctores, quod nunquam dispositio de uno tēpore ad aliud trahitur per d. l. si quis ita. vbi est casus presentis quæstionis. Et potest esse ratio: quia tempus adiectum dispositioni dicitur ad eius formam pertinere. authentica quæ supplicatio. cum glossa in verb. forma. C. de præcib. imper. offer. † à forma autem non est licitum recedere. lege 1. & secunda. ff. de liber. & posthum. & quod casus ommissus in tempore nunquam trahatur ad expressum, firmant Imol. Alex. & Soc. in d. l. 1. ff. de vulg. & pupil. & in aliis locis. ut per Alciatum qui benè deseruit casui nostro, qui tanto fortius procedit

228 stantibus dictis uerbis † tunc & eo casu, per textum in l. vxori vsufructum villæ. ff. de vsu fru. lega. vbi videmus legatum villæ vxori relictum in quinquennium à morte defuncti, & deinde eo peracto libertis per hæc verba, tunc eum fundum illis dari volo, mortua vxore infra quinquennium illis interim non deberi virtute illius dictionis, tunc, quæ denotat extremitatem temporis, & operatur vt legatum in illud tempus conceptum in alio non debeatur sed ad expressum tantum restringatur, ut ibi signanter tradit Bartolus, quem Iaf. & Dec. sequuntur in l. tertia. C. de institutio. & substitutio. columna fina. & defendit Ruin. in d. S. & quid si tantum. sub numero 41. uerfi. Et primò ad textum.

229 † Tertio, inherendo uerbis testamenti considero, quod substituti uocati sunt sub duabus conditionibus, videlicet quancumque Ioannes Baptista decederet sine filiis, aut non facto testamento, † quæ posteriora uerba in ablatiuis absolutis posita resoluuntur in conditionem, hoc est, si non fecerit testamentum. l. à testatore, & ibi Bartol. Castren. & Imol. ff. de conditio. & demonstratio. notant omnes in rubrica ff. soluto matrimonio,

231 † & dictæ duæ conditiones, licet alternatiuè fuerint appositæ, nihilominus in coniunctam resoluuntur illa dictio, aut, ut est tex. in l. generaliter. & ibi notat Bartolus, Castren. Alexand. Iaf. & omnes. C. de institutio. & substitutio. si quis enim filio substituerit, si sine liberis, uel sine testamento decesserit, & ipse liberos sustulerit moriens testamento non facto, uel testamentum fecerit moriens liberis non susceptis, substitutis locum

locum non esse dicit Imperator, sed ita demum si omnes prædictæ conditiones extiterint, hoc est quod neque liberos susceperit, nec fecerit testamentum, rationem ponunt Bar. Castr. 232 Alex. & Iaf. post antiquos. † Nam cum inter illas conditiones fuerit appositæ conditio, si filius grauatus decederet sine filiis, quæ præsumitur appositæ fauore filiorum suorum, vt ipsi bona consequantur, si contingat eos existere, glo. in l. filius. S. cum quis. ff. de lega. primò. Si contingat ipsum decedere cum filiis sine tamè testamento, si alternatiuè sumeretur propriè, liberi eius excluderentur, & substitutus admitteretur; quoniam ad veritatem alternatiuæ sufficit alteram esse veram, quod esset

233 contra voluntatem defuncti, Vnde † ne hoc contingat, alternatiua sumitur pro copulatiua, sic & e conuerso, si filius decederet sine filiis, fecisset tamen testamentum, dicitur defecta conditio, licet cesset ratio, de qua supra; quia ista substitutio non debet diuerso iure censeri. Vnde sicut quando decessit cum liberis sine tamen testamento, disiuncta ponitur pro coniuncta, ita e conuerso, & ita signanter in terminis huius substitutionis tradit Capra consilio secundo, numero vigesimo octauo,

234 † At Ioannes Baptista fecit testamentum, sicque defecit secunda conditio, licet prior extiterit, meritò substitutionibus locus esse non potest; quia defecta conditione substitutioni adiecta deficit substitutio, vt per Oldrad. consilio vigesimo primo. Angel. consilio 159. Ancharan. consilio 137. & alii cumulati per Menoch. consilio octuagesimo quinto, numero quadagesimo sexto, cum sequentibus, tantoque magis vtraque conditio verificari debuit stantibus illis uerbis tunc & eo casu, vt ponit Roman. consilio 138. colum. 235 na prima. † Et licet de bonis paternis Ioannes Baptista testari non potuerit, vt eorum incapax, non idè dici debet intestatus, cum de aduenticiis potuerit testari. Et in testamento Zachariæ simpliciter cauetur, si Ioannes Baptista decesserit non facto testamento non autem si de bonis maternis, vt signanter arguit Fabian. de Monte cons. 149. nume. 35. vol. 1. vltimarum voluntatum.

Nec rectè (meo iudicio) dici potest, conditionem non facti testamenti adiectam substitutioni Ioannis Iacobi nepotis Zachariæ nõ fuisse appositam substitutioni Domine Lauræ, & post eius mortem Monti pietatis, & ob id eos admittendos fuisse, dato quod Ioannes Baptista fecerit testamentum. † Nam si uoluisset testator eam in eorum substitutione locum habere, eam expressisset, meritò non est repetenda, vt in simili uoluit Ioannes de Anan. consilio 22. Alexand. consilio 31. uolumine tertio. Iaf. in d. l. qui filiabus. nume. 3. & consilio 142. colum. sexta, uolumine secundo. Ruin. Paris. & Socin. Iun. in uariis locis,

quos cumulat Menoch. consilio 95. sub numero 237 ro 81. † namque stat imprimis regula communis, quod clausula in principio posita est maioris efficaciz, & potentiz ad determinandum præcedentia, ut uoluit Bar. in l. quicquid, cum glo. ff. de lega. tertio, & in Lauia. ff. de conditio. & demonstratio. cum similib. de quibus per Iaf. loco citato, & in l. pacta nouissima. C. de pact. quibus addo Tobiam Nonium consilio 22. nume. 13. & Angustolium consilio tertio, in materia feudalium, numero 41. igitur illa conditio non facti testamenti, referri debet ad substitutionem Lauræ & Montis.

238 † Secundo confirmatur. Nam si conditio testamenti non facti non repeteretur, nec alia, si Ioannes Baptista decederet sine filiis, esset repetenda, sicque substitutis esset locus eo decedente cum filiis, sicut si sine, quod esset magnum absurdum, & contra l. cum auus, ff. de conditio. & demonstratio. & l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. meritò debent acurissimè ditiones repeti, † sicut enim cessat repetitio, quando si fieret, sequeretur absurdum, ut not. Abb. per illum tex. in c. ecclesia uestra. de electio. Bartol. in l. talis scriptura. ff. de lega. 1. Dec. post Abb. & alios in c. secundo requiris, nume. 6. de appellat. Iaf. in d. l. 1. colum. fina. limitatione decima, ita debet habere locum, & fieri, quando si non fieret sequeretur absurdum gratia illius euitandi, vt contrariorum sit eadem disciplina. l. finali, S. contra quoque. ff. de legat. tertio.

240 † Tertio suadetur ex identitate rationis, propter quam censeri debet facta repetitio, ut per Bal. in l. Titius. C. de oper. liber. & ex præsumpra uoluntate testatoris, ut per Bar. in l. Seia. S. Caio. ff. de fund. instrum. Natta cons. 476. colum. 1. Alexan. consil. 47. colum. 2. uolum. 5.

241 Neuiza. consil. 72. nume. 20. † Nam non alia ratione Zacharias in dimidia substituit Ioannem Iacobum filio sub conditione, si decesserit filius non facto testamento; quia noluit pater illi liberam testandi facultatem adimere. l. stipulatio hoc modo. ff. de uerborum obligatio. ergo dum substituit in alia dimidia Lauram & Montem repeti debet eadem conditio, ne dicatur ei uim testandi abstulisse

242 in ea parte, † imò procedit à fortiori ratio prædicta. Nam si Ioannem Iacobum nepotem ex fratre substituit tantum sub illa conditione, ne priuaret filium facultate testandi, multo magis Laura, Monsque extranei debent intelligi substituti sub eadem conditione, nõ autem simpliciter; quia non est uerisimile, quod extraneos prædiligere uoluerit, atque præferre suis agnatis. d. l. cum acutissimi.

243 † Quarto non omitto legatum mobilium, & bestiaminum, quod aqua lance uoluit diuidi testator inter Ioannem Iacobum & Lauram, si Ioannes Baptista decederet sine filiis, aut non facto testamento,

nam si eos æquavit in eo legato minoris ponderis, pariter in substitutione maioris efficacie censetur eos æquare voluisse. auth. multo magis. C. de sacrosan. eccles.

244 Quarto concurrens & alia regula, quod vna pars testamenti per aliam declaratur. l. qui filiabus. in prin. l. si servus pluriū. in ff. de leg. 1. l. vtrum. & ibi Bal. & Ang. ff. de pet. hered. Dec. consil. 515. ampliandis id fieri, licet declaratio summatur ex alio testamento. Merito stantibus tot fundamentis dubium non est substitutionem Lauræ ac Montis ceteri factam sub eadem conditione nõ facti testamēti per Ioannem Baptistam, † sed & aliud particulare sub iudicio respectu Montis Lauræ substituti, & monacharum Conuertitarum sanctæ Lucie, & sancti Rochi substitutarum Ioanni Iacobo. Nam conditio posita in prima substitutione censetur in sequenti repetita, ne plus iuris trāslatum videatur in secundum substitutum, qui censetur minus fuisse dilectus à testatore, q̄ in primum, quem testator presumitur magis dilexisset, ita voluit Oldra. consil. 141. quem sequitur & plenius confirmat Roland. à Valle consil. 82. nu. 29. vol. 3. At si conditio non facti testamenti posita Ioanni Iacobo primo substituto non censeretur repetita Monti, & dictis Monialibus secundo loco substitutis, plus iuris haberent Io. Iacobo primo substituto ac eis prædilecto. Ideo ne sequatur hoc absurdum repetitio locum habere debet.

246 † Et ad consilium Ioannis de Ana. 22. fuorumque sequacium, qui dixerunt, qualitatem masculinitatis dictam verbo filiorum in vna parte testamenti non esse repetendam verbo filiorum simpliciter in alia parte testamenti

247 prolato. † Quoniam non desunt infiniti quoque secus tenentes, vt Abb. consil. 37. colum. fi. vol. 2. Cuma. consil. 117. Curt. consil. 52. col. 5. vers. secundò in terminis. Ias. sibi contrarius consil. 69. in fin. vol. 3. consil. 137. col. 8. vol. 4. sicut & Rui. consil. 83. in fin. consil. 99. nu. 9. vol. 2. & alibi tam ipse quàm plures alii cumulati per Menoch. in d. consil. 95. nu. 81. & per Tobiam

248 Nonium consil. 36. nu. 17. † misis variis distinctionibus doctorum, secundum quas opiniones contrariæ conciliantur, quas ponunt Menoch. & Nonius locis citatis ad casum nostrum

249 non conferentes. † Illa mihi placet ad rem deseruiens, vt quando militat eadem ratio, pars vna declaratur per aliam, sicque repetitio fiat, aliàs secus, vt egregie voluit Dec. cõf. 480. col. 2. Soc. Iun. consil. 103. nu. 55. vol. 1. & consil. 160. num. 37. volum. secundo, Alban. consil. 23. numero sexto, hic enim militat eadem ratio facultatis testandi filio relicto, sic in substitutione Lauræ, Montisque, sicut Ioannis Iacobi, vt supra declaravi, merito repetitioni locus esse debet dictæ conditionis testamenti non facti.

250 † Sextò & vltimò, quòd substitutis non sit

locus adducor ex doctrina Bart. in l. fina. col. 2. num. 8. ff. de his quib. vt indign. vbi loquens de spuris indignis non culpa sui, sed patris, quia alieno vitio laborant, qualis erat Ioannes Baptista natus ex constituto in sacris, concludit bona eis relicta remanere penes heredes scriptos, vel venientes ab intestato, de substitutis autem nihil dicit, ergo cum hic non adsint alii heredes instituti præter spurium, sequitur eo remoto venientes ab intestato venire, & ex his hæc opinio remanet optimè iustificata, quā tenendo non obstant cõtraria.

251 † Namque ad primum responderetur, quòd procedere posset, vbi vulgaris contenta in compendiosa non fuisset restricta, prout fuit per illa verba, tunc & eo casu, nam non extenditur de vno casu ad alium, neque de vno tempore ad aliud tempus, sed ad expressum restringitur. quare substitutio facta Ioanni Baptistæ, si decesserit sine filiis, & sic quòd morte destinata habere bona, non debet habere locum eo existente bonis indigno, & eorum in capace, prout latius in secundo fundamento deduxi.

Ad secundum responderetur negando, quòd secunda conditio non facti testamenti fuerit purificata. quoniam Ioannes Baptista fecit testamentum, vt in tertio fundamento deduxi.

252 † & cum natura conditionis sit ad merum factum respicere. l. qui hæredi. l. Mæuius. ff. de cond. & demonst. Ceph. consil. 46. numero 44. post Cuma. & Imol. in l. filiusfamilias. S. cum quis. ff. de leg. primo non est curandum, an respectu bonorum patris testari potuerit, vel non, cum potissimè Zacharias in suo testamento non dixerit, aut non factò testamento de bonis ipsius, vt animaduertit Fabia. de Monte in allegato consilio 149. numero 35.

253 volumine primo, vltimarum voluntatum. † Et ad consilium Soc. 93. volumine tertio, morum ex. S. q̄ autem in st. de legit. agna. tutel. debet aduerti, quòd bene dicitur intestatus quòd ad quid, qui de illo potuit disponere, & non disposuit, vt de tutela dicit ille tex. quòd intestatus dicitur, qui quantum pertinet ad tutelam intestatus decessit, sed non inde inferitur, quòd intestatus dicatur eo quoque respectu si fuit testatus, sed inualidè, prout in casu nostro, & licet Socinus velit id esse verum per extensionem de casu ad casum, tamen hæc extensio cessat in casu nostro propter restrictionem factam ex verbis, tunc & eo casu.

254 † Ad tertium responderetur, non esse verum, q̄ si testator credidisset filium incapacem esse, statim vocasset substitutos, imò stat in contrarium decisio Castr. clara satis in d. l. eam quam, qui dicit, quòd hæreditas pertinet ad venientes ab intestato; quia si credidisset testator legitimationem non valere, ipsum non instituisset, nec abstulisset hæreditatem venientibus ab intestato, & sic illi eam habent ex tacita voluntate

255 luntate defuncti. † & tex. in d. S. Lucius. & in d. l. tale pactum. S. si cum ibi notatis non ita patim procedunt, sed quando aliquid fuit expressum, ex quo voluntas illa testatoris deprehenditur, secus quando casus fuit omissus; quia pro omissis habetur, vt per Bal. in l. vnica. C. de his qui ante apert. tabul. Dec. consil. 89. colum. penul. Rube. consil. 68. colum. fina. At de Laura, Monte, & aliis admittendis casu quo Ioannes Baptista esset incapax, nullibi constat mens testatoris, imò repugnant verba tunc & eo casu, superius præmeditata, ergo cessat illa regula.

256 † Ad vltimum, quòd pro religione, piaque causa iudicandum sit, responderet Afinius in d. l. sunt personæ; quòd in dubio procedit, & est intelligendum, secus si aliter appareat; quia tunc etiam stricta ratio debet attendi contra eam; Nam cum sit adiutrix, & cultrix Iustitiæ, non patitur, neque vult aliquid contra iuris rationem etiam pro se fieri, vt dicitur in cap. primo.

257 S. sed diuersum. de alien. feud. † nec debet ecclesia ditari cum aliena iactura. c. suam. vbi Doctor. de pen. imò debet omnibus prodesse, nemini nocere. c. denique. 13. q. 5. Quare locus esse debet venientibus ab intestato, non autem substitutis, posito quòd inter eos sint ecclesiæ, vt moniales, vel pia causa, vt Mons Pietatis, cum appareat, qualis fuerit voluntas testatoris, qui se restrinxit ad casum expressum, & alium, qui contigit prorsus omisit. Et ita tandem in hac consultatione concludo, quæ laboriosa fuit ex multis articulis in ea currentibus.

Hippoly. Riminaldi Ferrar.

Pro Domino Bonauentura Camerlengo.

ARGVMENTVM.

Quando sententia mera interlocutoria dici possit breuiter & pulchrè declaratur.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia super liquidatione dicitur interlocutoria. Et quidem mera. 15. Sed contra si lata sit post sententiam dationis in solutum. 2.
- 2 Statutum casum mixtum non comprehendit.
- 3 Interlocutoria mera vel habet vim diffinitiuam quomodo cognoscatur.
- 4 Sententia que diffinit totam causam principalem vel aliquam eius partem substantialem dicitur habere vim diffinitiuam.
- 5 Sententia diffinitiuam dicitur illa que dirimit negocium per verba condemnatio vel absolutio.

- 7 Interlocutoria dicitur habere vim diffinitiuam quando non expectat aliam sententiam post se cuius exempla ponit auctor.
- 8 Interlocutoria mera dicitur que nullam habet mixturam cum diffinitiuam.
- 9 Merum dicitur quod est abstractum à natura cuiuscunque alterius: unde merula avis dicta. Et merum vinum cui aqua non est admixta.
- 10 Merum idest solum & purum.
- 11 Meram panam dicimus, que nullam rei perfectionem habet.
- 12 Merum aurum in quo nihil sit alterius metalli.
- 13 Declaratio nihil disponit de nouo.
- 14 Iudicari debet in dubio appellationem non esse desertam.

CONSILIVM CC.

Auxilium meum à Domino.

LATA fuit sententia contra Dominum Bonauenturam Camerlengum ad rem & ad damna & interesse illorum de Belleris liquidanda in executione, postea per aliam sententiam fuerunt liquidata vsque ad certam summam, in qua dictus Camerlengus fuit condemnatus, à qua sententia liquidationis appellauit, tandemq̄, fuit oppositum, appellationem esse desertam, & inde emanauit relatio Notarij dicentis esse desertam, quatenus appellatum fuerit à mera interlocutoria, si verò à diffinitiuam, aut habente vim diffinitiuam non esse desertam. Queritur, ergo quid iuris.



† T pro prima parte relationis facit decisio Baldi per illum textum in l. fina. C. de senten. quæ sine certa quant. quem sequitur Perus. in c. cum cessante, nu. 50. de appellationi. qui dicunt quòd sententia super liquidatione instrumenti, vel sententia est interlocutoria, puta pronuntio dotem nõ esse liquidam: cum enim non addant, habens vim diffinitiuam, intelligi debent in dubio de mera interlocutoria loqui.

2 In contrarium verò multa sunt, que me mouent. Primò, autoritas Butrii consil. 6. incipiente sententia, vbi pluribus rationibus concludit, sententiam liquidationis latam post sententiam dationis in solutum esse interlocutoriam habentem vim diffinitiuam, & quæ magis eius naturæ accedit, quàm meræ interlocutoria, & ob id vult tempora ad appellandum ab ea seruanda esse, quæ à statuto præfiguntur in diffinitiuam, † aut recurrendum esse ad tempora iuris communis tanquam finis in casu mixto à statuto non comprehenso, iuxta notata. l. 2. in prin. ff. de verb. obligatio. secundum q̄ tempora latius patent, auth. hodie. C. de appe. & in finalibus verbis consilii dicitur fuisse allegatum in simili causa, & obtentum contrarium, non tamen sunt verba Butrii, vt patet

ret ex nomine suo paulò ante annorato, sed alterius qui còtra ius sententiã contrariã repertavit, vt ex rationibus Butrii patet, ex quibus opinio sua est valde probabilis, † vltra quòd illud consilium refert, & sequitur Fely. in rubrica de re iudic. col. pen. vbi post multa dicit, ad cognoscendum, quæ dicatur mera interlocutoria, vel habens vim diffinitiuæ pro generali cognitione recurrendum esse ad illud consilium, & sic illud approbat, vt iuri consonum & æquitati.

5 † Quod etiam vt magis eluceat confirmo; quoniam vbiunque sententia diffinit in totum causam principalem, vel aliquam eius partem substantialem dicitur habere vim diffinitiuæ, ita Bal. in l. 1. C. quando prouoc. col. 5. verifico. Denuo quæro. per l. intra utile. ff. de minori. sequitur Alexan. in rubr. ff. de re iudic. colum. fin. Ripa in l. quod iussit. nu. 27. ff. cod. Fely. in d. rubrica colum. 3. in princ. Aret. consil. 20. in prin. Speculum aureum in tertia & vltima parte. 6. partis. nu. 44. sed in hoc casu sumus; causa enim principalis erat etiã in his damnis & interesse, quæ diffiniuit hæc sententiã, ergo &c.

6 † Secundo moueor: quia secundum diffinitionem Azo. in summa. C. de quomodo & quando iud. quem sequitur Angel. in S. responsa prudentium. Insti. de iure natur. & latius Rip. in d. rubrica. ff. de re iudic. colum. fin. illa dicitur diffinitiuã, quando dirimit principale negocium per verba condemnno, vel absoluo, sed ita est hic, nã principale negocium damporum & interesse dirimitur, & per verbum condemnamus, ergo diffinitiuã dici debet aut saltem vim diffinitiuã habere.

7 † Tertio suaderetur, tunc enim dignoscitur interlocutoriam habere vim diffinitiuã, quando non expectat aliam sententiã post se, vt si pronancietur non esse respondendum libello inepro, iudicem esse incompetentem, aut super taxatione expensarum, ita Ioan. And. But. Abb. Imol. & Perusi. colum. 4. in d. cap. cum cessante. Rip. in d. l. quod iussit. num. 27. & notatur in additioni. ad decis. Tholof. 48. sequitur Speculum aureum loco superius memorato, nu. 42. sed hæc est talis, ergo dicitur habere vim diffinitiuã.

8 † Quarto moueor; vt enim hæc appellatio deserta sit, oportet hanc sententiam esse meram interlocutoriam, vt relatio dicit, sed illa dicitur mera interlocutoria, quæ nullam habet participationem vel mixturam cum diffinitiuã, † id enim est merum, quod à natura cuiuscunque alterius est abstractum. l. si fic. in princ. & ibi per Ang. ff. de leg. 1. & in l. Imperium. ff. de iurisd. om. iudic. vbi Dec. nu. 23. & ibi latius confirmaui nu. 295. post Vaconium à Vaonna lib. 6. declara. cap. 121. vbi merum appellat, quod est solũ. Vnde merula auis dicta est, & merum vinum, cui aqua non est admixta, & merum imperium dicitur ad differen-

10 tiam mixti, † & vt inquit Gillor. in trac. de iurisd. & imperio. lib. 1. cap. 6. circa finem, merum id est solum, & per translationem purum, cum quo residet Petr. Lorior. in trac. de iurisdictione & imperio. axiomate quarto, & Franciscus Hotomanus in commentario verborum iuris.

11 † comprobans ex eo, quòd meram poenam dicimus, quæ nullam rei persequutionem contineat. l. 1. in fin. ff. si quis iudic. merum ius gentium quod ab alio iure ciuili separatum est. l. bona fides. ff. de pos. merum prætoris officium purum. l. quinta. in princ. iuncto uerfic. conuentionalis. ff. de verbo. obligatio. meram rationem, quæ ciuilibus præceptis non est coniuncta. l. si quis fortè. ff. de pen. † Hinc & Festus ait, merum pro puro, hoc est nullius alterius rei mixturam habente summi, vt merum aurum, in quo nihil sit alterius metalli, teste Plinio lib. 33. cap. primo. mero auro decorabant, sic meras nugas, in quibus nihil esset. Serui, Cicero appellat ad Atticum libro sexto, aliãque id genus ponit Fernand. Vaquius libro primo controuersiarum Illustrium cap. 4. numero 2. & Lexico Iurif. ff. de Merum, & Aret. d. consil. 20. sed hæc sententia mixturam habet cum diffinitiuã respectu damnorum & interesse liquidatorum, de quibus illa dicebat ergo mera interlocutoria dici non potest, & sic nec appellatio deserta.

Quinto confirmatur; agitur enim per hanc sententiam de declarando quantitatem damnorum & interesse minime in diffinitiuã expressam. † Declarationis autem natura est nõ in disponendo de nouo, sed vt trahatur retro ad primum actum, ita vt retro dicatur facta. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testamen. in vers. vel summa. Hinc Castr. ibi dicit, quòd Papa multoties facit declarationes circa gratias ab eo factas, quæ valent & præiudicant eis, quibus erat ius quæsitum, quasi illud quod declaratur à principio dictum fuisset, quo casu non fuisset ius quæsitum alteri, sequitur Dec. in l. edita. num. 49. C. de eden. consil. 229. in fi. Ruin. consil. 76. nu. 10. volum. 5. hæc ergo liquidatio damnorum & interesse, per quam declaratur quantitas eorum si retro videtur facta tempore diffinitiuæ, pars eius censetur nõ autem mera interlocutoria, & sic à diffinitiuã separata prorsus dicitur.

14 † Postremò illud protritum accedit, iudicandum esse de ipsa, vt de habente vim diffinitiuã potius, quàm de mera interlocutoria, vt sic appellatio non sit deserta; sic enim vtrique partium consulatur, & neutrius ius tollatur, vt tradit Castr. Alexan. & Ias. in l. 1. ff. si quis caut. Dec. consil. 49. consil. 439. & consil. 524. decis. Neap. 373. in fin. Do. meus Riminaldus consil. 90. num. 17.

15 † Et ita tenendo non obstat decis. Bald. in d. l. fin. ibi enim illa sententia non tangit merita, neque eã diffinit, aliamque poterat expectare

CONSILIVM CCI.

Auxilium meum à Domino.

SVPERIORIBVS annis facto compromisso inter magistrum Bernardinum Parefinum ex vna, & dominam Franciscam eius filiam uxorem magistri Ludouici de Guadagnis occasione dotis, quam petebat ab eo, latum fuit laudum per tres Arbitros concorditer, in quo condemnatur fuit dictus Parefinus ad dandum dictæ Franciscæ & eius viro lib. 200. ex causa dotis, & cum in executione laudi opponeret ipse de paupertate, nec teneri nisi in quantum facere posset, tandem non obstante dicta exceptione promisit dicto Ludouico & Franciscæ solvere dictas lib. 200. infra terminum quatuor annorum & pro tribus vltimis annis lib. Octo. quolibet anno pro interuensijs; & iurauit in sine instrumenti omnia & singula esse vera, attendere, & obseruare, demum elapsis quatuor annis nec facta solutione dicti coniuges coram domino Vicario Potestatis Ferrariae petierunt executionem dicti laudi, opponit autem Parefinus factam esse nouationem laudi ex dicto instrumento, & ideo ex eo, non ex laudo agendum esse. Videndum est ergo, quæ nam partes fuerint domini Vicarij super hac oppositione.



† prima consideratione dicendum videtur, inductam esse nouationem saltem ope exceptionis, nam vt declarat Bar. & Ang. in l. 2. ff. de nouat. in casibus in quibus olim fiebat nouatio tacite, hodie inducitur saltem ope exceptionis. Sed olim per adiectionem diei factam posteriori obligationi nouatio inducebatur. S. præterea. in fin. in fi. quib. mod. tol. oblig. ergo &c.

2 † Secundò hoc tradit glo. & Bar. in l. Valerianus. nu. 4. ff. de prætor. stipulatio. si enim promisi tibi dare decem in foro Maii, postea promisi tibi dare decem in foro Augusti, vtique non poteris agere ex prima stipulatione; quia dicitur nouata ope exceptionis, & Bart. sequitur Crau. consil. 167. nu. 12. volens, quòd ubicunque in secunda promissione apponitur longior terminus, censetur facta nouatio primæ, citatque etiam Alex. & Mod. in l. qui bis idem. ff. de verbo. obliga. † & ab hac opinione tanquam communi dicit non esse recedendum Fulgos. consil. 130. Mathæus. in fin. & secundum illam consuluit Barb. consil. 86. lib. 4.

4 Corn. consil. 33. colum. 3. volum. 2. † & esse communem testatur Socin. in l. qui vsum fructum. ff. de verbo. obligat. sicut & Dec. consil. 400. in fin. eamque postremò tenet Cephal. consil. 66. num. 22. & Bero. consil. 205. numero 14. volum. 3.

5 † Istitis tamen non obstantibus arbitror veritatem esse in contrarium, quòd enim non sit inducta nouatio etiam ope exceptionis per istam

stare post se, vt tex. supponit in princ. ibi quæ accepisti solue, nam postmodum accepta probanda sunt & super eis iudicandum, ergo nimirum, si interlocutoria dicitur etiam mera, licet hoc verbum Bald. non addat, secus hic vbi tangit merita, & aliam non expectat post se.

Hippoly. Riminaldus Ferrar.

Pro D. Francisca de Guadagnis.

ARGVMENTVM.

Tractat de materia nouationis, quæ nec ope exceptionis inducta dicitur.

S Y M M A R I V M.

- 1 Nouatio hodie inducitur saltem ope exceptionis in casibus in quibus olim tacite inducebatur. exemplum dat Barolus. 2. & communem putat Fulg. 3. & Soc. 4.
- 2 Sed contra longè plures. 8.
- 3 Et magis communis opinio. 10. 12. & tenenda. 14.
- 5 Nouatio non inducitur per adiectionem temporis etiam ope exceptionis. 9.
- 6 Dicitio nihil, est vniuersalis negatiua.
- 7 Dicitio penitus, denotat omnino.
- 10 Barolus in l. Valerianus. ff. de prætor. stip. communiter rejicitur. 13.
- 11 Licet vsque ad sua tempora videretur esse communis opinio sua. 12.
- 11 Nouatio laudi non dicitur inducta per prorogationem termini.
- 15 Nouationem hodie ex manifestis coniecturis induci.
- 16 Secus vbi non apparene. 16.
- 16 Presumitur nemo recedere à securiori via.
- 17 Inducta ad vnum finem non debent contrarium effectum operari.
- 18 Nouatio facta non videtur nisi expresse agatur.
- 19 Nec vbi quid distinctum adijcitur. 19.
- 20 Iuramento actio prima non extinguitur.
- 21 Idem, venit accumulatiue non extinctiue. 21.
- 22 Nouatio facta in dote demum valet si sit vtilis mulieri.
- 23 Laudum per tres arbitros laicum redigitur ex statuto ad instar sententiæ qua transit in rem iudicatam.
- 24 Transigi non potest post rem iudicatam nisi negetur iudicatum esse vel sic dubium.
- 25 Nouatio quid sit.
- 26 Promittens quid cum iuramento cadit à commodo non seruando.
- 27 Debitor molestari non potest pendente secunda dilatione sibi data.
- 28 Glossa in l. 2. ff. de noua. declaratur per auctorem.
- 29 Intellectus Glossæ. l. Valerianus. ff. de prætor. stipul. Et per Fulgos. suppletur. 30.

istam adiectionem temporis in hoc instrumen-
to factam, est text. in l. fina. C. de nouatio. ibi.
seu tempus addiderit. iunctis sequentibus ver-
bis, ibi. nihil penitus prioris cautelae inno-
uari, sed anteriora stare, & posteriora illis in-
crementum accedere, nisi ipsi specialiter re-
miserint priorem obligationem, & hoc expres-
serint, quod secundam magis pro anteriori ele-
gerint. † Vnde ponderando illam dictionem
6 nihil, quae est vniuersalis negatiua. l. si is qui
200. ff. de reb. dub. §. vtrum. † Item illam peni-
7 tus, quae importat omnino, vt in l. r. C. de gla-
diato. lib. 1. 1. & iuncta cum negatiua importat
nullo modo. l. in naue Saufelli. in vers. omni-
modo. & ibi glo. ff. locat. l. grece. §. illud. & ibi
glo. ff. de fideiussori. sequitur, quod d. l. fin.
vult per adiectionem temporis nullam fieri no-
uationem indistincte, & sic nec ipso iure, nec
8 ope exceptionis, † & hanc opinionem tenet in
primis Iacob de Beluis. in disputatione. incip.
In Christi nomine, cauetur lege municipali,
idemque Cyn. Iacob. Butrigar. Saly. & Fulgos.
clare in d. l. fin. quia alias illa lex esset imposta
verbis & non rebus, contra. l. 2. C. communia
de legat. idemque tenet Rayn. & Alberic. in l. si
9 pacto quo penam. C. de pact. & Guliel. de Cun.
in l. rescriptum. §. si pacto. & ibi Bal. ff. de pact.
& sentit Bar. in l. certi conditio. §. si numos.
col. fin. ff. si cer. pet. & in consilio incip. Titius
promittit, † & expressè Cuma. Imol. & Cast. in
d. l. Valerianus, & idè Imol. in l. delegare. ff. de
10 nouationi. & latè tradit Alex. in d. l. qui vsum
fructum. colum. penul. sic ponderans d. l. fin. vt
per me supra, & consilio 9. visis dispositio-
nibus, colum. 3. versic. eodem modo respondeo.
consilio 12. visis, & consideratis. columna ter-
tia, versic. Tertio respondeo. volum. 2. con-
11 sil. 58. uis vol. 6. † vbi dicit, quod magis
communis opinio est contra Bartol. in d. l. Va-
lerianus. idemque tenet consilio 72. colum.
fin. eod. vol. & consil. 173. colum. pen. vol. 7.
idemque tenet Maria. consil. 21. colum. secun-
da, volum. 1. † & in laudo propriè, quod per
prorogationem termini, seu dilationem lon-
gioris temporis postea concessam, non censea-
tur inducta nouatio dicti laudi, tenet in termi-
nis Soc. consil. 89. colum. 3. versic. sed contra
12 hanc conclusionem. volum. 3. † dicens hanc ef-
se magis communem opinionem, quod nec
ipso iure nec ope exceptionis dicatur inducta
nouatio, nisi expressè sit dictum, & in hac etiã
parte residet Curt. Iun. in l. lecta. num. 9. ff. si
cer. pet. dicens quod licet vsque ad tempora
Alex. opinio Bar. in d. l. Valerianus. fuerit ha-
bita pro communi. tamè ab Alex. citra tenetur
opinio contraria tanquam communis, quam
etiam tenet Ias. secundum eum in l. singularia.
circa med. ff. si cer. pet. quia retenta illa opi-
nionè Bar. d. l. si. redderetur elusoria, hocque
etiam perpendit Dec. ibi secundum eum, pro-
ut in peritate Dec. hoc ibi tenet & conclu-

dit nu. 12. idemque tradit ipse Dec. in d. l. fin.
13 gularia. † & in l. pecuniam. quam in fin. eod.
tit. vbi dicit communem opinionem hodie ef-
se contra Bart. & secundum hanc partem tan-
quam communem, vt testatur, consuluit Grat.
respons. 89. colum. 2. volum. 1. & ita esse magis
communem etiam firmat Rip. in l. 2. §. si ex cõ-
14 uentione. nu. 8. ff. de re iudic. Gozad. consil. 38.
Bertrand. consil. 188. colum. fin. volum. 1. Barb.
consil. 37. colum. 8. versic. & si dicatur. vol. 1.
Purpur. in l. certi conditio. §. si numos. col.
10. ff. si cer. pet. Sigismund. Lofred. consil. 18.
14 colum. pen. † & alios id genus, sicut & mul-
tos ex prædictis cumulat Anton. Gabriel. in
suis conclusionibus libro tertio, de nouationi.
conclusionè prima, nu. 56. vbi concludit hanc
opinionem tanquam magis communem esse
tenendam. Ex quibus apparet in quantum
errauerit Dec. in d. consil. 400. in fin. uolens
aliam partem esse communem, quia longè plu-
res adsunt pro ista parte, & vltra tex. rotundus
in d. l. fin.

15 † Et licet Doctores velint ex manifestis cõie-
cturis induci posse nouationem, quod etiam
latè firmat decisio Neap. 44. num. 15. quia ex-
pressè dicitur fieri etiam si ex coniecturis appa-
ret, secundum Ang. in §. si verò expressim. in
auth. de hæred. & Falcid. & ita satis factum di-
citur legi si. requirenti, quod nouatio fiat ex-
pressè secundum eam, idemque tradit Cyn. in
d. l. si. Imol. in d. l. delegare. ff. de nouatio. Alex.
consil. 73. colum. 1. volum. 2. & latius confirmat
16 Menoch. consil. 5. nu. 1. & seq. † Tamen non
video hic manifestas coniecturas pro nouatio-
ne, immo potius contra; nemo enim est tam
mentis inops, quod magister Ludouicus, &
eius vxor propter timorem inopiae allegata
per istum Parefinum voluerint per prædictam
simplicem transactionem nouare priorem ob-
ligationem ex laudo, & ab ea securiori, vt ha-
bente executionem paratam ex statuto de cõ-
promissis, recedere, & illam transfundere in
secundam huius instrumenti minus tutam, &
cuius longior futura erat exactio, ita arguit in
simili casu Maria. Soc. in d. consil. 21. colum. 2.
in fin. & sequen. in princ.

17 † Sed vltra accedit; quoniam ista secunda
conuetio videtur fuisse facta in fauorem isto-
rum coniugum, videlicet ad tollendam illam
exceptionem allegatam de paupertate, & q̄
exactio fieri deberet ea non attenda, ergo non
intelligitur priori obligationi ex laudo déro-
gatum per eos: quia inducta ad vnum finem
non debent contrarium effectum operari. l. le-
18 gata inutiliter. ff. de leg. 1. † nec nouatio fa-
cta videtur, nisi expressè agatur d. l. fin. C. de
nouatio. ita arguit Dec. consil. 97. col. 2. nu. 5.
Vnde patet, coniecturas non adesse ad indu-
cendam nouationem, imò potius ad tollendã.

Secundò, quod non dicatur hic inducta no-
uatio, posito etiam quod alias induceretur
saltem

saltem ope exceptionis, considerandum est,
quòd in hoc instrumento non tantum idem
19 promissum fuit, de quo in laudo, † sed aliud di-
stinctum, videlicet octo quolibet anno in ra-
tionem quatuor pro centenario, quo casu
non dicitur inducta nouatio etiam ope excep-
tionis, tradit hoc Angelus in d. l. Valeria-
nus, & sequitur Marian. in d. consilio 21. co-
luma tertia.

Præterea accessit in hoc instrumento iura-
20 mentum Parefini, † per quod non extinguitur
prima actio, nec tollitur, immo durat, & ei ad-
ditur & accumulatur alia ex ipso iuramento
secundum glo. notabilem in l. qui iurasse. §. fin.
ff. de iure iurand. Vnde si Parefinus allegat no-
uationem ex isto instrumento, in quo adest
iuramentum suum, potius corroborat partem
21 nostram, † cum iuramentum veniat accumu-
latiue non extinctiue ad primam obligatio-
nem & actionem, ita concludit egregiè Ias. in
materia nouationis consilio 16. colum. fin. vo-
lum. primo Quinimò etiam si constaret factam
esse nouationem, quòd est plus, tamen dicen-
dum esset, eam non valere in casu nostro,
22 in quo agitur de dote, † nam demum noua-
tio facta in dote valet, si sit vtilis mulieri, ar-
gumento. l. ita constante. ff. de iure dot. per
quam ita tradit Socin. Iun. consilio 141. nu-
mero 17. volumine primo. Sed ista obligatio
secunda non satis fuit vtilis huic Franciscae,
& eius viro Calciolari: longè enim plus lu-
cratus fuisset ex arte sua singulo anno quam
quatuor pro centenario, quæ promissit ei
dictus Parefinus. Vnde quando esset etiam in-
ducta nouatio, super ea tanquam nulla & in-
23 ualida fundamentum fieri non potest, † sed
vltra considerandum est, quoniam pacto Pa-
refinus fundat intentionem in hoc instrumen-
to: clarum est enim, quòd ex statuto de com-
promissis columna sexta, laudum latum per
tres arbitros concorditer redigitur ad instar
sententiæ quæ transiit in rem iudicatam, ita
quòd tollitur appellatio, & omne remedium
24 contraueniendi, † sed post rem iudicatam
à qua non datur appellatio, non potest tran-
sigi, nisi negetur iudicatum esse, vel dubium
sit, vtrum sit iudicatum, casus est in l. & post
rem. in l. post rem. ff. de transactio. & vtrobi-
que notat Doctor. ergo exceptio nouationis
fundata super hoc instrumento transactionis
25 inualido corrui. † Cum enim nouatio sit
prioris obligationis in aliam transfusio. l. 1.
ff. de nouationi. si secunda obligatio non va-
let, transfusio fieri non potest, & subinde nec
uouatio, idèd prior obligatio firma debet re-
manere, ita arguit Grat. respons. 123. colum.
fin. nu. 17. 2. volum.

† Præterea cum Parefinus in hoc instru-
mento promiserit cum iuramento, soluere
tempore limitato, nec illud seruauerit, ceci-
pit ab omni commodo dicti contractus, &

instrumenti, per l. si quis maior. C. de transa-
ctio. & ibi notant omnes scribentes. Vnde
tota res ad laudum redigitur, & ex his vnum
cessat, quod inquit Anton. Gabriel. in d. con-
clus. prima, de nouation. num. 64. post Alex.
consilio 73. columna tertia, volumine sexto,
Imol. & Castr. in d. l. penul. de prator. stipula-
27 tio. † quòd licet non fiat nouatio per vltimo-
rem dilationem datam debitori, tamen ille
non potest durante dilatione secundo data
molestari ex prima obligatione non virtute no-
uationis, sed virtute cuiusdam prorogationis,
nam Parefinus habuit commodum dilationis,
nec ea pendente fuit inquietatus.

† Et tenendo hanc partem non obstant,
quæ tradit Bart. post glof. in d. l. secunda. ff. de
nouat. quia, vt ex prædictis constat, doctores
omnes dicunt contrarium, nec glof. illa il-
lud dicit, ad quod allegatur per Bart. ibi, sed
intentio sua fuit dicere, quòd si hodiè taci-
tè ageretur fieri nouationem, puta ex ali-
quibus coniecturis, tunc si ageretur ex pri-
ma obstaret exceptio, non autem debet in-
telligi, quòd in omnibus casibus, in quibus
olim fiebat tacitè nouatio, hodiè fiat ope ex-
ceptionis, ita illam glof. declarat Alexand. in
d. consilio 72. columna fin. volumine sexto,
& subdit, quòd etiam ita declarat glof. magna
clarius loquuta in d. l. Valerianus, vt ex ea pa-
tet in vers. non tamen. ad quam me remitto
breuitatis causa.

† Non obstat in super glo. in d. l. Valerianus,
& Bar. ibi in exemplo, de quo per eos: quia
suppleri debent, & declarari, vt per Fulgos.
elegantè in d. l. fin. qui dicit; intelligendam
esse illam glo. & Bar. quando in secunda pro-
missione facta de soluendo decem in foro Au-
gusti cõuentu fuisset de reddendis primis in-
strumentis, in quibus promissa fuerant decem
in foro Maii, tunc bene agitur, vt à prima ob-
ligatione discedatur, & sic dicitur constare
30 ex coniecturis de nouatione facta. † Et hanc
suppletionem facit Fulgos. ad glo. in d. l. Va-
lerianus. ex alia glof. quæ in simili exemplo
loquitur in l. 2. C. de nouationi. vbi dicit, quòd
si idem pluribus nundinis à te stipuletur fa-
ciendo noua instrumenta, & conueniendo
de reddendis primis instrumentis, vtrique di-
citur tacitè agi nouatio, neque agendum est
ex omnibus, adducit d. l. Valerianus. Vnde
sic patet glof. ibi declarare dicta per eammet
in d. l. Valerianus, sed in casu nostro non est
cõuentum de tollendo laudo, aut reddendo,
ita vt super eo fundamentum fieri non possit,
meritò non potest inducta esse nouatio ipso
iure, vel ope exceptionis.

Hippoly. Riminaldi Ferrar.